


N^o

43,44






Inte hittos.

47

Hes
426


DOCTISSIMI VIRE
NICOLAI GRVCHII
ROTOMAGENSIS,
D E C O M I T I I S
ROMANORVM
LIBRITRES.



HIS ACCESSIT RERVM ET VERBORVM IN
his memorabilium copiosissima

ET ACCVRATISSIMA DILIGENTIA

Ex lib. R. Dot. Chra Coll. Francops
conquisitus index



dono duc de fabry



VENETIIS,
APVD Franciscum Bindonum,
1559.

fabi aduocat


ПІСОМНА АЛФАВІТНА

СИГНІЧНІ ОЗНАКИ

ІМІДЖІВІ СВІДЧЕННЯ

IN LIBROS DE COMITIIS

P R A E F A T I O .



E S P U B L I C A Romanorum
quandiu fuit libera, ex tribus illa
quidem Reip. generibus (quemadmo-
dum docet Polybius) constabat *Be-
stia, apis, orpatia, diuina, orpa-
tia*: sed multò tamen maximam
partem obtinuisse mibi videtur *di-
uina, orpatia*. Quanquam enim re-
giae potestatis species quedam in
Consulum imperio, in Senatus vero
potestate optimatū principatus quo-
dam modo agnosceretur: populi tamen tanta erat auctoritas supra om-
nes magistratus, & Senatum, ut non immergit dici possit omne im-
perium, omnem maiestatem illius Reipub. penes populum fuisse. Cui
rei argumanto esse potest ad populum prouocatio, qua non fuisset, nisi
maior esset populi quam magistratum potestas. Quinetiam fasces sum-
mittendi mos, cum magistratus in concionem ascendebant, confessio er-
rat, populi, quam magistratum, maiestatem nimiq; maiorem esse.
Iam nero de capite ciuis, omninoq; de libertate ac iure ciuitatis, nul-
lius erat nisi populi iudicium. Leges iubere, bellum pacemq; decerne-
re, societatem cum aliquo contrahere aut dissoluere, fæderia intrare, in
populi tantum erat potestate. Quodq; maximum est uirtutis in Repub.
præmium, magistratus, & honores, cum omnibus paterent, nemo po-
terat nisi per populum assequi. Quæ si maximi sunt in omni Repub. mo-
menti, populum sane, penes quem haec erant omnia, longe maximam
Reip. Romane partem obtinuisse fatendum est. Hæc à me eò dicuntur,
ut ostendam Reip. Romane cognitionem multo magis in eo positan es-
se, ut populi potestas, quæ qualisq; esset intelligatur: quam in magi-
stratum ac Senatus potestate percipienda'. Porro autem populi potestas
decretis suis maxime continebatur. Quæ quoniam comitiis perageban-
tur, idcirco necesse est ad populi potestatem, adeoq; uniuersam prope Ro-
manam Rempub. plane intelligendam, comitiorum omnē rationem (quoad

eius fieri potest) cognitam ac perspectam habere. Cum autem per necessaria sit non modo ad eam rem , sed etiam ad scriptorum Romanorum ac præsertim Ciceronis libros intelligendos comitiorum cognitione : tum uero non adeò facilis est, ut non permulta adhuc quæri possint, præter ea que de his breuiter scripta sunt à grauissimis auctoribus Budæo , Alessandro, Beroaldo, Blondo, alijsq; qui hunc locum in suis commentarijs attigerunt uerius quam purgaverunt . Quibus tamen fortasse etiam contentiæ esse possemus, nisi in eorū scriptis multa essent, in quibus (quod pace eorū dixerim) à vero non modò discesserunt, sed etiam multos (vt sit) sua auctoritate in varios errores induxerunt. Itaque ego cum huic de comitiis disputationi adhuc primis lineis, & his non veris multis, adumbrata reuirus quam depicta, lucem aliquam verosq; colores addere instituisse: eo mihi difficultorem locum relictum esse intelligebam, quo doctiores erant omnium iudicio pictores, qui primam illam delineationem nobis reliquerant. Quia tamen difficultate deterrei non potui, quominus uel cum eorum reprehensione studiosos Romanorum scriptorum hac ex parte, s; qua possem inuare, contendere: in ea præsertim re, in qua eorum auctoritas ueritatem magis labefactaret. Neque enim ignoro omnes qui ueritatis studio ad scribendum inducuntur, tanto & quio animo ferre aliorum reprehensionem debere, quanto certiore fieri ex refutatione rerū cognitionem intelligent. Ac si auctore Aristotele, ἐπὶ σωτηρίᾳ τῆς ἀνθροΐτερος καὶ τῆς δικαιίας ὁ νόμος στοιχεῖον, ego profecto ex meo animo ceteros indicans, gratiam qua mihi deberetur ab illis demortuis auctoribus, quorum opinionem ueritatis studio potius non secutus quam refutavi, a posteriori tanto cumulatius expecto, quanto quisque erit cum illorum auctorum admiratione rerum Romanarum studiosior: tantum abest ut id mihi uitio uerti debere existimem. Nam & que à me de Comitiis scribuntur, ea non adeò pro oraculis habenda esse sentio, ut non maximam habiturus sim doctis hominibus gratiam, qui non modò nostra refutarint, sed etiam ueriora in uulgo edēderint: ut & literarum studiosis bene consulant, & nos tandem nostræ ignorantis coarguant. Hanc de Comitiis disputationem in tres libros partitus sum. Primus est de comitiis Centuriatis: Secundus est de Tributis: Tertius est de Curiatis. Singulorum generum disputatio tota continetur sex capitibus. Primum enim docetur quid essent singula illa comitia: Tum quæ & quot essent cause habendorum comitiorum: Mox per quas personas peragerentur: Deinde quis esset singulorum comitiorum proprius modus: Posthac de loco ubi comitia fuerint, agitur: Postrem de tempore habendorum comitiorum: Nam si in singulis generibus intelligatur quid essent ipsa comitia, quibus de causis haberentur,

quarum

quarum personarum interuenit fierent, quo modo peragerentur, quo loco & quo tempore, nil omnino videbitur desiderari posse ad eam comitorum cognitionem, quae, ut de re tantopere ob antiquitatem remota, expeti debet. Ac ne quis forte plus à nobis quam pro instituto nostro requirat: eam modo persequemur comitorum rationem, quae ante occupatam ab Imperatoribus Rempubli. observabatur: potissimumq; omnia referemus ad tempora Ciceronis. Nam ut lucem aliquam eius scriptis, quibus nulla magis paucim in scholis leguntur, adferremus, hanc de comitiis tractationem maxime suscepimus. Ex hac samon nostra disputatione non erit difficile intelligere, quandiu sub Imperatoribus fuerunt comitia, quae esset eorum ratio, ut quae, eo dempto, quod minus libera essent ceteris in rebus, eodem quo prius modo fiebant. Tiberius Cæsar initio sui imperij populo ius comitorum ademit: ue docet Cornelius Tacitus lib. 1. his uerbis: Tum primum è campo comitia ad patres translata sunt. Nam ad eam diem et si potissima principis arbitrio, quædam tamen studiis tribuum fiebant: neque populus ademptum ius questus est, nisi inani rumore. Ex eo loco apparet sub Cæsaribus non fuisse comitia, nisi sub Augusto & sub Iulio Cæsare, quandiu solus Rempub. obiuit: quæ tamen (ut dixi) sub his libera non erant. Suetonius de Cæsare ita scribit: Comitia cum populo partitus est: ut exceptis Consulatus competitoribus, de cetero numero candidatorum pro parte dimidia, quos populus uellet, pronuntiarentur: pro altera parte, quos ipse dedisset. De Augusto nero hæc sunt eius uerba: Comitorum quoque pristinum ius reduxit: ac multipli pœna coercito ambitu Fabianis & Scaptiensibus tribulibus suis die comitorum singula millia nummum à se diuidebat. Ex his cum Taciti loco collatis, intelligi potest sub Cæsare & Augusto adhuc fuisse comitia: uerū sub Cæsare adeo non fuisse libera, ut non posset populus nisi pro dimidia parte, creare quos uellet magistratus: sub Augusto nero paud quidem liberiora, sed quæ tamen maxima ex parte (ut ait Tacitus) principis arbitrio, non populi fierent. At post imperium à Tiberio initum, adeo deserunt fieri comitia, ut nunquam postea à se quenlibus imperatoribus populo restituta sint: sed uel penes Senatum Tiberij instituto manserint, uel plane in principis potestate fuerint: quemadmodum ex Plini epistolis resile docet Budæus in posterioribus annot. in Pandect: Et Modestinus in lege unica Ad legem Iuliam à ambitu, Digest. lib. xlviij. Hæc lex (inquit) in urbe hodie cessat: quia ad curam principis magistratum creatio pertinet, non ad populi fauorem. Sed hæc satis. De ipsis comitiis communia quædam prefari necesse est, priusquam ad singula genera ueniamus. Comitia à co-

cundo , nel potius (ut ueteres dicebant) comeundo dicta sunt : quod populus coire his , & unum in locum conuenire soleret . A quo etiam uero locus in foro Romano Comitium appellabatur : & contiones quasi comitiones vocabantur . Erant autem comitia cum generaliter uerbum accipitur , & ut nulgo à Latinis scriptoribus usurpatum , conuentus populi totius aut partis ad ferendum de aliqua re suffragium : Alio modo , & cum proprie uerbum sumitur , uniuersi populi conuocatio ad aliud quid sciendum . Nam si plebs tantum , quæ pars modò populi erat , & magistratu uocata fuisset , ea non proprie comitia dicebantur , sed concilia . Id quod A . Gellius lib . xx . capitu . xxvij . ex Lælio Felice ostendit . Is , inquit , qui non uniuersum populum , sed partem aliam adesse iubet , non comitia , sed concilium edicere iubet . Hoc dicit scrimen comitorum & conciliij uidetur Cicero obseruare , cum ita scribit secundo De legibus : Quid enim maius est si de iure quæcumque quam posse à summis imperiis & summis potestatibus comitiatus , & concilia uel instituta dimittere , uel habita rescindere ? Et post reditum in Senatu : Legem Tribunis pl . tulit ne obnunciare concilio aut comitiis licaret . Linius tamen non uidetur hanc differentiam agnouisse , ut qui sepe comitorum & conciliij nomine absque ullo discriminione in eadem re utitur . Ut libro tertio . primæ Decad . ubi de iudicio Cæsonis Quintū loquitur . Iudicij die cum excusaretur solum uertisse exiliij causa , nihilominus Virginio comitia habente , collega appellati dimisere concilium . Et alio loco , ubi loquitur de comitiis habitis ob iudicium populi de agro ambiguo inter Aricinos & Ardeates , ita scribit : Cum ad causam orandam uenissent concilio populi à magistratis dato . Item alio loco ubi agit de iudicio Marlij . In lucum Petilinum concilium populi indictum est . Et tamen ea fuisse centuriata comitia ipse auctor est : quæ erant maxime iusta , ac populi uniuersi comitia . Item libro . v . Decad . ij . de mulcta agens , quæ M . Posthumio publicano à Carniliis Tribunis pl . dicta erat , ita scribit : Mulcta certande cum dies aduenisset , conciliumq ; tam frequens plebis ad esset ut multitudinem area capitolij uix caperet . Et paulo post comitia uocat , quod ante concilium plebis appellarat . Et comitia (inquit) quæ uero atque armis prohibitus erat . Hi omnes loci aperte ostendunt T . Linium non anxie obseruasse illam comitorum & conciliij differentiam , quæ à Lælio Felice ponitur . Et Cicero tertio De legibus , uno nomine conciliij complectitur omnes cum populo actiones , adeoq ; omnia comitia . Quod uero , inquit , auctoris iubeo esse fraudem , id totum ex Craſi sapientissimi hominis sententia dixi : quem est Senatus secutus cum decrevisset , C . Claudio Consule de C . Carbonis seditione reſe-


rente, innito eo qui cum populo ageret, seditionem non posse fieri: quippe cui liceat simul atque intercessum turbariq; cœptum sit, concilium dimittere. Est igitur in uerbo conciliū sicut in nomine comitiorum multiplicitas, qua istam apud Latinos scriptores diuersitatem peperit. Interdum enim communis nomine significat, omnes populi totius partis eætus & conventiones. Vnde apud T. Linium lib. iij. Decad. i. concilia appellantur nocturni eætus, quos plebs per seditionem facilitabat in diuersis urbis partibus. Et cum initio eiusdem libri loquitur de concione à Publicola Consule aduocata, conciliū nomine in ea re utitur. Eius hæc sunt: Hæc dicta uulgo creditaq; , cum indignitate angerent Consulis animum, vocato ad concilium populo, summissis fascibus in concionem ascendit. Ex his perspicuum est nomen conciliū, cum genera liter accipitur, latius patere quam comitia. Neque enim comitia unquam latius patent, quam ut omnes cum populo aut plebe actiones significant. At concilium præter ea etiam usurpat in concionibus appellandis, & aliis cuinque generis hominum conuentibus. Interdum autem eius uerbi uis astringitur ad id modo significandum quod ait Lexlinus: ut proprie concilia appellantur, partis populi conuentus ad aliquid iubendum. Cuius generis erant, qua à Tribunis pl. habebantur comitia. Habebant enim ius uocanda plebis non etiam uniuersi populi Tribuni pl. Itaque uerius concilia edicere quam comitia dicebantur. Quanquam autem nomen comitiorum hanc, quam dixi, distinctionem admittit, in hac tamen nostra de comitiis disputatione nobis ea uendum esse non censemus: quandoquidem à Latinis scriptoribus uix, ac ne uix quidem, obseruari demonstrauimus. Itaque eo contenti quod obiter admonuimus, hanc distinctionem à quibusdam ponit, comitia (ut sepius apud auctores sumuntur) definimus, populi qualescumque conuentus ad aliquid suffragiis suis decernendum. Nam & ludorum & census causa uel populus uniuersus conuenire solebat, nec tamen illa erant comitia: quod non ad ferendum de aliquo re suffragium populus ita conuenisset. Quod uero populus frequens ex Italia uniuersa Romam conuenire soleret ludorum & census causa, Cicero indicat libro secundo in Verrem. Non committam, inquit, ut tum res iudicetur, cum hæc frequentia totius Italia Roma discesserit: quæ conuenit uno tempore undique comitiorum, ludorum, censiendiq; causa. Et T. Linius lustri condendi causa populum uniuersum in campo Martio conuenisse primo lib. scribit his uerbis: Censu perfecto edxit ut omnes ciues Roma ni equites peditesq; in suis quisque centuriis in campo Martio prima luce adessent. Ibi instruclum exercitum omnem sue, one, taurilibus lustrans: idq; conditum lustrum appellatum. Hunc uero morem lustri

ita condendi ad sua usque tempora obseruari solitum scribit Dionisius Halicarnassus lib. iij. Et in concionibus certe quibusdam, præser-
tim nundinarum diebus, frequentior populus conueniebat, quam qui-
busdam comitiis: nec tamen huiusmodi conuentus proprie comitia ap-
pellari potuissent. Non igitur erant comitia, nisi essent populi tales
conuentus, qui indicti essent ad ferendam de aliqua re per suffragia
sententiam. Genera comitiorum inter se diuersa, erant tria: Centuria-
ta, Tributa, & Curiata. Nam quæ legimus apud A. Gellium lib. xv.
cap. xxvii. calata comitia, & in Institutionibus, titulo De testamen-
tis ordinandis: ea non faciunt alias genus comitiorum: sed huiusmodi
calata comitia erant vel centuriata vel curiata, ut idem Gellius ostendit
bis uerbis: In libro Lelij Felicis ad Q. Mutium primo scriptum est Læ-
beonem scribere, calata comitia esse quæ pro collegio pontificum haben-
tur, aut regis sacrorum, aut flaminum inauguratorum causa. Eorum an-
tem alia esse curiata, alia centuriata: Curiata per lictorum curiatis ca-
lari, id est conuocari: Centuriata per cornicinem. De his nos postea am-
plius dicemus. Nunc illud modo ascribemus quod est apud Theophili-
um lib. secundo Institutionum. Duo, inquit, erant apud ueteres testa-
mentorum genera: unum, quod calatis comitiis siebat & dicebatur: al-
terum, quod in procinctu. Testamentum calatis comitiis, tempore pacis
siebat, bis in anno, hoc modo: Preco uiuensam circumbat ciuitatem
populum conuocans: sumq; qui testamentum condere solebat, in concio-
ne populi ipso teste populo testamentum scribebat. Ex quo etiam dictum
est calatis comitiis. Nam calare est vocare. Comitia uero populi, congregatio. Quoniam igitur uocati congregabantur, appellatum est testamen-
tum calatis comitiis. Quæ Theophili uerba ideo adscripti, ut quoniam
de his comitiis, quæ testatorum condendorum causa siebant, nil me-
hi postea dicendum est: ut qua non diu in uite manferunt, hoc loco ob-
ter haberent studiosi antiquitatis, quid sibi uellent huiusmodi calatis
comitiis testamenta, omninoq; unde hoc nomen calatorum comitiorum
ortum esset. Est enim Græcum calandi uerbum: cuius erat frequens usus
ueteribus Romanis: at postea in paucis quibusdam uelut antiquitatis
causa retentum est. Scribit Macrobius lib. 1. Satyr. cap. xv. Priscis temporis
bus antequam fasti à Cn. Flavio scriba in uitis patribus in omnium noti-
tiam proderentur, pontifici minori hæc prouincia delegabatur, ut non
luna primum obseruaret aspectum, uisamq; regi sacrificulo nunciaret.
Itaque sacrificio à rege & minore pontifice celebrato, idem pontifex ca-
lata, id est uocata in Capitolium plebe, iuxta curiam Calabram, quæ
casæ Romuli proxima est, quot numero dies à calendis ad nonas supere-
sent pronunciabat, & quintanas quidem quinquies dicto uerbo, κελλῶς

septim-

septimanas repetito septies prædicabat. Verbum autem calo Græcum est, id est uoco, & hunc diem, qui ex his diebus qui calarentur primus es-
set, placuit calendaris vocari. Hinc & ipsi curiae, ad quam vocabantur,
Calabria nomen datum est, & classi, quod omnis in eam populus voca-
retur. Quoniam autem primis illis temporibus adeò usitatum erat ca-
landi uerbum, hinc ego opinor omnia comitia ueteribus calata fuisse.
Sed postea cum in usu hoc uerbum esse desit, retentum esse nomen cala-
eorum comitorum in his tantum, que pro collegio pontificum habeban-
tur, idq; religionis cuiusdam & antiquitatis causa. Atque haec de cala-
tis comitiis sufficient, si ostenderimus haec etiam calata comitia testa-
mentorum causa, fuisse curiata, ac non aliud quoddam genus comitio-
rum propterea ponendum esse. Id uero inde perspicere potest, quod primis
Reip. Romanae temporibus tantum haec in usu fuerit testamentorum con-
dendorum ratio, quibus temporibus non alia erant comitia quæ in urbe
fuerent, quæ curiata. Nunc finem præfationis faciamus, ut ad cen-
turiata comitia ueniamus.


Nicolai



DOCTISSIMI VIRI

NICOLAI GRVCHII
ROTOMAGENSIS,
DE COMITIIS
ROMANORVM

LIBER PRIMVS.



Quid essent Centuriata Comitia. Cap. 1.



AENTVRIATA Comitia, erant quibus populus per classium cēturiās suffragium serebat. Quod ut apertius intelligatur, uerba T. Liuñ ex libro primo subscrībam. Tum classes centuriās, & hunc ordinem ex censu descriptis: uel paci decorum uel bello. Ex ijs qui cētum millium æris aut maiorem censum haberent, octoginta conficit centuriās: quadragenas seniorum, ac iuniorum. Prima classis omnes appellati. Seniores ad urbis custodiām ut præsto essent, iuniores ut foris bella gererent. Additæ huic classi dux fabrum cēturiæ, quæ sine armis stipendiū facerent. Datū munus ut machinas in bello ferrent. Secunda classis intra centum usque ad quinque & septuaginta millium censum instituta. Et ex ijs senioribus iunioribusq; uiginti conscriptæ cēturiæ. Tertiæ classis quinquaginta millium censum esse voluit, totidemq; centuriæ, & ex eodem discrimine ætatum factæ. In quarta classe census quinque & uiginti millium: totidem centuriæ factæ. Quinta classis aucta, centuriæ triginta factæ. In his accensi, cornicines, tibicinesq; in tres centuriās distributi. Undecim millibus hæc classis censemebatur. Hoc minor census reliquam multitudinem habuit. Inde una centuriæ facta est immunis militia. Ita pedestri exercitu ornato distributoq;, equitum ex primoribus ciuitatis duodecim scripsit centuriās. Sex item alias centuriās, tribus à Romulo institutis, sub iisdem, quibus inauguratæ erant, nominibus

fabroꝝ
centuriæ

Dnibus fecit. Hæc Liuius de classibus & ceteris. Dionysius uero Halicar. libro quarto eadem hæc pluribus explicat. Seruius, inquit, Tullius ius sit oës Romanos ceteras suas facultates publice profiteri, prestito legitimo iuramento ueram à se professionem factam esse: simulq; ut profiterentur patrem, etatem, uxoris nomen & liberorum: quo in loco urbis, aut quo in pago ruris habitarent. Incensis autem poena indicta erat, ut bona eorum publicarentur, ac virgis cæsi tanquam mancipia uenirent, quæ lex diu apud Romanos mansit. Professione perfecta tabulas

Eperlegit, quibus & multitudinem ciuium, & census cuiusque magnitudinem cognouit: tumq; hanc sapientissimam Reipub. regendæ rationem instituit. Ex his quorum erat maximus census, nec minor centum minis, primâ classem fecit octoginta centuriarum: quadraginta quidē seniorum, ac totidem iuniorum. Erant autem seniores post annum etatis quintum & quadragesimum, iuniores post etatem militarem usque ad quadragesimum quintum annum. Ex iis quorum census erat intra decem millia drachmarū, nec minor tñ quinque, & septuaginta minis,

Fsecundā classem uiginti centuriarū decē seniorū, decē iuniorum. Ex his qui censum habebant minorem septem millibus & quingentis drachmis, at non minorem quinquaginta minis, tertiam classem uiginti etiam centuriarum: decem seniorum, totidemq; iuniorum. Ex iis qui censum habebant minorē quinque millibus drachmarum, non minorem tamen uiginti minis, quartam classem uiginti item centuriarum: decem seniorum, totidem iuniorum. Quinta classis fuit ex iis, qui censum habebant uiginti quinque minarum usque ad duodecim cum dimidia: quæ triginta centuriarum fuit, quindecim seniorum, ac totidem iuniorum. Quatuor porro centuriæ, quæ sine armis essent, iussit eas sequi quæ armatae stipendia facerent. Earum duæ erant fabrorum, duæ tibicinum. Ac fabrorum quidem duæ centuriæ addita sunt secundæ classi, ac per etatem diuisæ. Una enim centuria seniorū sequebatur. Altera uero iuniorum centuriis adscripta erat. Tibicines uero quartæ classi adscribebantur. Atq; harum item una erat seniorum, altera iuniorum. Ita pedestri exercitu diuiso, equitum multitudinem selegit, qui maximo censu erant & genere maxime illustres, quos in octodecim centuriæ diuisit: easq; cum octoginta primæ classis centurijs coniungi uoluit. Reliquam ciuium multitudinē, quorū census erat minor duodecim minis cum dimidia: quæ erat multo maxima ciuium

Gcenturia seniorū sequebatur. Altera uero iuniorum centuriis adscripta erat. Tibicines uero quartæ classi adscribebantur. Atq; harum item una erat seniorum, altera iuniorum. Ita pedestri exercitu diuiso, equitum multitudinem selegit, qui maximo censu erant & genere maxime illustres, quos in octodecim centuriæ diuisit: easq; cum octoginta primæ classis centurijs coniungi uoluit. Reliquam ciuium multitudinē, quorū census erat minor duodecim minis cum dimidia: quæ erat multo maxima ciuium

Hcenturia seniorū sequebatur. Altera uero iuniorum centuriis adscripta erat. Tibicines uero quartæ classi adscribebantur. Atq; harum item una erat seniorum, altera iuniorum. Ita pedestri exercitu diuiso, equitum multitudinem selegit, qui maximo censu erant & genere maxime illustres, quos in octodecim centuriæ diuisit: easq; cum octoginta primæ classis centurijs coniungi uoluit. Reliquam ciuium multitudinē, quorū census erat minor duodecim minis cum dimidia: quæ erat multo maxima ciuium

um multitudo: in unam centuriam redegit, omnis militiae ac **A**
 tributi immunem: quæ fuit sexta classis. Summa autem centu-
 riæ, quæ omnibus classibus continebantur, erat centum no-
 nagiæ tres centuriæ: quarum octo & nonagiæ erant primæ
 classis, si connumerentur in ea equitum octodecim centuriæ.
 Populo ita distributo, militum descriptionem per centuria-
 rum diuisionem faciebat, ac tributum ex censu per easdem cen-
 turias imperabat. Nam si quādo ei opus esset militū decem mil-
 libus aut uiginti, diuisa in cētum nonagiæ tres centuriæ mul-
 titudine, per centuriæ imperabatur, quantū dare quanque mili-
 tum oporteret. Tum initia ratione pecuniarum quæ opus essent
 exercitiu alendo, uestiendo, aut alia ratione ducendo, hic rursus **B**
 populus diuidebatur in centum nonagiæ tres centuriæ, & qd
 quanq; centuriæ conferre oporteret, imperabat. Qua ratione
 fiebat, ut qui maximo censu erant, cum, & pauciores essent, & in
 plures diuisi centuriæ, s̄epius ac ferè continenter ferrent onus
 militiae: & de suis facultatibus plus in commune conserrent.
 Qui medio censu erant, quia plures erant, & in pauciores centu-
 rias distributi, nec tam s̄epe militabant, nec magno tributo gra-
 uabantur: qui uero in simo censu erant, omni onere immunes
 erant. Atque illo quidem periculorum, & impensarum onere di-
 uitibus imposito, ut ne id grauiter ferrent, optimam rationem
 leniende indignationis commentus est. Effecit enim ut hi uere **C**
 Reip. domini essent, & in pauperibus nulla propemodum uis
 esset: idq; ita perfecit, ut se excludi plebs non sentiret. Fuit au-
 tem illa, quā diuitibus dedit dominatio in comitiis, quibus res
 maximæ à populo sciscebantur. Nam ex ueteri lege tria erant
 in potestate populi, magistratus creare, tā eos qui in urbe essent, **D**
 quām eos qui foris bella gererent: leges iubere aut abrogare de
 bello indicēdo aut finiēdo decernere. Hæc uero à populo adhuc
 ita peragi solita erant, ut per curias diuisus suffragium ferret.
 Erantq; tum pauperes diuitibus ferendo suffragio pares. Quin-
 etiam quia multo pauciores erant (ut credere par est) diuites
 pauperibus, ita siebat ut uis suffragiorum esset penes pauperes.
 Quo à Ser. Tullio animaduerso, in diuites trāstulit potestatem
 suffragiorum. Quando enim uolebat aut magistratus creare,
 aut leges ferre, aut bellum indicere, Centuriata comitia pro Cu-
 rialis conuocabat. Ac primum quidem ad suffragium ineundū
 vocabat centuriæ maximæ census, in quibus erant octodecim
 equitum centuriæ, & peditum octoginta. Hæ octo & nonagin-
E
 ta

Fta centuriae, quæ reliquam multitudinem tribus centuriis superabant, si conuenissent, reliquas uincebant, omninoq; quod statuerint, obtinere oportebat. At si omnes ille non conuenissent, tum uocabat secundæ classis duas, & uiginti centurias, Quod si hic rursus diuerse essent sententiæ, uocabantur centuriæ tertiae classis uiginti. Mox quartæ uiginti duæ, idq; eò usque faciebat, dum nonaginta septem centuriæ conuenirent. Quod si uocata etiam quinta classe id nondum ita accidisset, sed suffragiorum multitudine pares essent centum nonaginta duarum centuriarum sententie, tum ultimam centuriam sextæ classis uocabat:

GCuique parti se addidisset, ea uincebat. Id quod raro aut nunquam usuueniebat: Fere n. à prima classe res peragebañ, raro ad quartæ classē gneiebat: Quinta uero classis, ac postrema nullius prope momenti erant. Atque illo quidem ordine instituendo, quo tantum auctoritatis dabatur ditionibus, ut pene exacti Reipub. ad ministratioñe pauperes uiderentur, tantum adhibuit calliditatē ut plebi infimæ fraus non appareret. Omnes enim se æquabiliter gerere Rempub. censem, quod uiritim rogabantur in suis singuli centuriis. At decipiebantur, partim quod uniuersæ centuriæ unum esset suffragium, siue plurimos, siue paucos ciues completeretur: partim quod primæ suffragium ferrent ex centuriæ quæ erant maximi census: quæ & plures erant numero reliquis omnibus, & pauciores tamen homines singule continebant. Errat uero & pars fraudis non minima in eo, quod capite censi, quamquam longè plures essent, unicum tamen suffragium omnes faciebant, ac postremi uocabantur. Qua ratione efficiebatur ut ditiones quorum erant maximæ in Remp. impensa, quicq; continenter onera Reip. sustinerent, minus id grauate ferrent, propter eam quam oblinebant in rebus maximis auctoritatem: quam cum iis non communicari uidebant, quibus in capessenda Repub. non tantum oneris incumbet: pauperes contra, q; bus minimum oneris publici imponebatur, æquo animo ferre se pro sua immunitate tributorum ac militiæ, inferiores iis esse, in quos ista incumberent. Hæc ratio Reipub. gerendæ per multis ætates à Romanis seruata est: sed nostro tempore per vim maiorem mutata erat in magis popularē: non quod sublatæ sint centuriæ, sed quod iudicium eorum non retinet ueterem auctoritatem, ut ipse, cum sœpe comitiis eoru interesset, animaduerti. Hæc ex Dionysio fere ad uerbum traducta, quæ omnia ideo subscripti, partim ut intelligerentur quæ obscure à T. Liuio de

Dionysij
de
comitiis
Roma

de classium suffragiis scribuntur, ubi ita inquit: Hæc omnia in di-
tes à pauperibus inclinata onera. Deinde est honos additus. Nō
enim ut ab Romulo traditum cæteri seruauerant reges, uiri-
tim suffragium eadem ui, eodemq; iure promiscue omnibus da-
tum est sed gradus facti, ut neque exclusus quisquam suffragio
uideretur, & uis omnis penes primores ciuitatis esset. Equites
enim uocabantur primi: octoginta inde primæ classis centuriæ
peditum uocabantur. Ibi si uariaret, quod raro incidebat, ut se-
cundæ classis uocarentur, nec fere unquam infra ita descenderet
ut ad infimos peruenirent. Partim ut omnem rationem Centu-
riatorum comitiorum, quæ à Ser. Tullio rege instituta est, ob
oculos ponerem. Erat igitur Centuriata comitia, quibus popu-
lus per classium centurias diuisus suffragium ferebat, ita ut suf-
fragia colligerentur centuriatim: & quod plures centuriæ iussis-
sent, id ratum haberetur. Ex his autem, quæ ex Liuio, & Dionisio
adscripti, quales, & à quo primum, & quomodo institutæ hu-
iusmodi centuriæ, unde nomen habuerunt Centuriata comitia,
intelligere facile est. Itaque illa sufficient de primo capite, in quo
quid essent Centuriata comitia, explicare uoluimus.

A

B

C

De causis Centuriatorum comitiorum. Cap. II.

Très erant (vt generatim dicam) habendorum Centuriato-
rum comitiorum causæ. Vna erat creandorum magistratum: procreando
magistratum
comitiorum
causa
altera legum ferendarum: tertia: iudicij exercendi cauſa. Nam &
Cicero lib. 2. de Diuinatione, his tribus contineri comitia indicat
his uerbis: Fulmen sinistrum, auspicio optimum habemus ad
omnes res præter quam ad comitia. Quod quidem institutum
Reip. causa est, ut comitiorum, uel in iudiciis populi, uel in iure
legum, uel in creandis magistratibus principes ciuitatis essent in-
terpretes. Ac magistratus quidem his comitijs creabantur om-
nes, qui & maiores magistratus & patritii uocabantur præter
Dictatorem, Magistrum equitum, & Interregem. Erant autem
illi maiores magistratus, non omnes quibus sella curuli uehi ac
publice sedere ius erat, unde Curules magistratus uocabantur:
erant enim Adiles Curules in hoc numero, & tamen in minori-
bus magistratibus erant, ut postea docebimus: sed ii demum erat
maiores magistratus, penes quos erant maiora Reip. auspicia,
ut ex Messala docet Gellius lib. 13. cap. 14. Vbi etiam scribitur
maiores magistratus Centuriatis comitijs creari. Illud tamen a-
pertius fiet, si de magistratibus singulatim dicamus. Ac primum
Consules

E

Maiores
magistratus
comitijs
crebantur

*Consulat
Sue cognitio
ex dubia*

F Consules Centuriatis comitiis creatos fuisse tamē apertum est, ut superuacaneum mihi videatur probationem huius rei subiice re. Nam & T. Liuius de primis Consulibus ita scribit: Duo Cōsules inde comitiis Centuriatis à praefecto urbis ex commentariis S. Tullij creati sunt. Et Cicero initio orationis pro Muræna: Quæ deprecatus à diis immortalibus sum, iudices, more instituto cō maiorum illo die, quo aspicato, comitiis Centuriatis L. Murænam Consulem renunciaui. Et libro septi. epistolarum, in epistola cuius initium, Ego uero iam te nec hortor, ita scribit:

G Ille autem qui comitiis tributis esset auspicatus, Centuriata habuit: Consulem hora septima renunciauit. Prætores etiam his comitiis creari æque apertū est ex historiæ Liuianæ progressu. Qd' etiam ex eo intelligi potest, quod Prætores collegæ essent Consulū: iisdemq; auspiciis crearentur. Quod Liuius initio libri septimi primæ Decad. ita scribit: Cum de industria omnia, ne qd per plebeium Consulem ageretur, proferrentur: silentium omnium rerum ac iustitio simile otium fuit: nisi quod non patientibus tacitum Tribunis, quod pro uno Consule plebeio tres patritios magistratus curulibus sellis prætextatos tanquam Consules sedentes, nobilitas sibi sumpsisset: prætorem quidē etiam iura redendem, & collegam Consulibus, atque iisdem auspiciis creatum.

H Quod idem Cicero libro nono ad Atticum dicit in epistola, cuius initium, Tres epistolas. Et A. Gellius lib. 13. cap. 14. ex M. Messala libro pr. de auspiciis ita scribit: Patritiorum auspicia in duas sunt potestates diuisa. Maxima sunt Consulū, Prætorū, Censorū: neque tamen eorum omnium inter se eadem aut eiusdem potestatis. Ideo & collegæ non sunt Censores Cōsulū aut Prætorū: Prætores: Consulū sunt. Et paulò post: Reliquorum magistratum minora sunt auspicia. Ideo illi minores, hē maiores: magistratus appellantur. Minoribus creandis magistratis, Tributis comitiis magistratus, sed iustius Curiata datur lege. Maiores Centuriatis comitus sunt. Ex his omnibus Messalæ uerbis manifestum sit, & qui magistratus minores sint, & quamobrem minores appellantur: sed & collegam esse Prætorem Consuli docet, quod eodem auspicio creatur. Prætores ergo, ut ex iis planum est, Centuriatis comitiis creabantur. Quod etiam Cicero aperte dicit initio orationis pro lege Manilia, ubi ait: Nam cum propter dilationem comitorum, ter Prætor prius centuriis cunctis renunciatus sum. Censores uero Centuriatis comitiis creati solitos ex his perspicuum est, quæ modo ex A.

*Prætor
sum coll. regi
consulū*

*Consul
non alijs*

ex A. Gellio citauimus. Nam & inter maiores magistratus numerantur Censores & Centuriatis comitiis creari maiores magistratus Messala ait. Tum uero ex Ciceronis loco in secunda oratione in Rullum, ubi ait: Maiores de omnibus magistratus bus, bis uos sententiam ferre uoluerunt. Nam Centuriata lex Consulibus ferebatur, & ceteris patritiis magistratibus: tributa plebeii. Tum Curiata iterum de iisdem iudicabatur. Sic enim locus ille debet legi, alioqui in omnibus ferè codicibus corruptus. Excepi autem supra Dictatorem, magistrum equitum, & inter regem, quod quamquam illi maiores magistratus essent, tam non comitiis à populo, sed alia ratione creabantur. Nam si aut bellici externi seditionis domesticae, uis quedam maior incidisset, quæ uideretur maiori imperio. quam consulari indigere: aut si adesse comitiis non possent Consules, nec uellet Senatus rem ad interregnum redire: aut si figendus esset clausus religionis causa: aut ludi primum instituendi (has enim ferè causas creandi Dictatoris fuisse reperio) tum si Senatui ita uideretur, uidebatur Consul Dictatorem dicere: hoc est quem uellet (modo ex consularibus aliquem) nominare qui Dictator esset: tum Consul captatis auspiciis, oriente nocte, silentio, Dictatore dicebat, qui deinde magistrum equitum, quem uellet dicebat. Quæ omnia ex his, quæ sequuntur perspicere possunt. Livius lib. quarto pr. Decad. T. Quintius Consules imerroto increpari ait, qui constricti legibus de prouocatione ad dissoluendum imperium latis, nequaquam tantum uirium in magistratu ad eam rem pro atrocitate vindicandam, quantum animi haberent. Opus esse non fortius solum uiro, sed etiam libero exolutoq; legum vinculis. Itaque se Dictatore L. Quintum dicturum. Approbantibus cunctis, primo Quintius abnuere &c. Dictator à Consule dicitur: ipse deinde C. Seruilius Halim magistrum equitum dicit. Et paulo post. Et Senatus, ut in trepidis rebus Dictatore dici Mamercum AEmylium iussit. Is magistrum equitum L. Quintiu Cincinatum dixit. Et eodem libro paulo post A. Virginio Senatus in æde Quirini consulitur. Dictatorem dici A. Seruilium placet. Virginius dum collegam Consuleret moratus, permittere eo, nocte, Dictatorem dixit. Is sibi magistrum equitum Posthumium Ebustum dicit. Et alio loco eiusdem libri. Senatui Dictatorem dici placuit. Sors, ut Dictatorem diceret (nam ne id quidem inter collegas conuenerat). T. Quintio euenit. is A. Posthumium Tubertum sacerum suum, seuerissimi imperii uitum, Dictatorem dixit. Ab eo

Feo L.Iulius magister equitum est dictus. Et alio loco eiusdem libri. Mœsta ciuitas fuit uinciri insueta: odiisse Tribunos: poscere Dictatorē: & cū ibi quoque religio obstaret, ne nō posset nisi ab Consule dici Dictator, Augures cōsulti eam religionem exēre. A. Cornelius Dictatorem AEmylium dixit: & ipse ab eo magister equitum est dictus. Et libro septimo pr. Decad. Terror inde uanus belli Hetrusci, cum coniurasse duodecim populos fama esset, Dictatorem dici coegit. Dictus in castris (eō enim ad Consules missum senatusconsultum est) C.Iulius. Et eodem libri

Gomitus imminentem hostium muris auocari à spe ca-
bro paulò post. Moram triumpho uulnus Consulis attulit: ea-
demq; causa Dictatoris desiderium Senatui fecit: ut esset qui æ-
gris Consulibus comitia haberet. Et libro octavo eiusdem De-
cad. Consul ex S.C. triumphauit. Et ne Attilius expers gloriæ
esset, iussi ambo Coss. aduersus Sidicinos ducere exercitum: Di-
ctatorem autem ex S.C. comitiorum habendorum causa dixerunt.
Et alio loco eiusdem libri. Itaque cum & comitiorum dies insta-
ret, & Publrium imminentem hostium muris auocari à spe ca-

Hpiendæ in dies urbis haud è Rep. ellet, L. Cornelio C quia ne eum
quidem in Samniū iam ingressum reuocari ab impetu belli pla-
cebat) literæ missæ , ut Dictatorem comitiorum causa diceret.
Dixit M. Claudiū Marcellum. Ab eo magister equitū dictus .
Sp. Posthumius. Nec tamen ab Dictatore comitia sunt habita :
quia uitiose creatus esset,in discussionem uenit. Consulti augu-
res uitiosum uideri pronunciauerunt. Eam rem tribuni suspe-
cta imfamemq; criminando fecerunt. Nam neque facile fuisse,id
uitiū nosci,cū Consul oriente nocte, silentio diceret Dictatorē :
reuec ab Cōsule quiscumque publicè primitur de ea rescriptum.

neque ab Cōsule quicquam publicē priuatimq; de ea rescriptum esse: neque quēquā mortalium extare, qui se uidisse, aut audiuisse quid dicat, quōd auspicia dirimeret. Et libro nono. Profecti legati ad Fabium Cos. cum senatusconsultum tradidissent, adie- cissentq; orationem conuenientem mandatis: Consul demissis in terram oculis, tacitus ab incertis quidnam acturus esset lega- tis, recessit. Nocte deinde silentio, ut mos est, L. Papyrium Di- ctatorem dixit. Papyrius lunium Bubuleum magistrum equi- tum dixit. Et libro septimo primæ Decad. Repetitum ex senio- rum memoria dicitur pestilentiam quondam clano à Dictatore

K rum memoria dicitur peccantiam quondam clauio a Dictatore fixo sedatam. Ea religione adductus Senatus, Dictatorem clavi figēdi causa dici iussit. Et lib. nono pr. Decad. Quē tu clavi figēdi, aut ludorum causa Dictatorem crees. Haec igitur erat ordinatio Dictatoris, ac magistri equitum creatio ut non à populo, sed à Consule

A Consule diceretur aliquis ex Consularibus. Nam & Liuius ita

scribit lib.2. Dec.pr. Consulares legere. Ita lex iubebat de Dictatore creando lata. Quinetiam M. Varro ex eo Dictatorem dictum ait, quod à Consule diceretur. Et Plutarchus in Marcello. Dictator non à populo, aut à patribus creari potest, sed alter Consulum, quem uult Dictatorem dicit: unde quia ita dictus sit, Dictator appellatur. Quod idem est apud Dionysium lib. quinto. Ego uero illud non ignoro aliquando Senatum uoluisse populum rogari, ut quem uellet Dictatorem iuberet, qui deinde à Consule diceretur. Scribit enim T. Liuius lib.7. Decad.3.

B

Hæc recitata à Consule ita mouere Senatum, ut non expectanda comitia Consuli censerent, sed Dictatore comitorum habendorum causa dicto, exemplo in prouinciam redeundum. Illa disceptatio tenebat, quod Consul in Sicilia se M. Valenū Messalam, qui tum classi præcerat, Dictatorem dicturum aiebat: patres extra agrum Romanum (eum autem in Italia terminati) negabant Dictatorem dici posse M. Lucretius Trib.pl. cum de ea re consuleret, ita decreuit Senatus, ut Consul priusquam ab urbe discederet populum rogaret, quem Dictatorem dici placet, eumque quem populus iussisset, diceret Dictatorem: si Consul noluissest, Prætor urbanus populum rogaret: si ne is quidem uellet, tum Tribuni ad plebem ferrent. Cum Consul se populum rogaturum negasset, quod suæ potestatis esset: Prætoremque uetusset rogare, Tribuni pl. rogarunt, plebsque sciuit, ut Q. Fuiuius, qui tum ad Capuam erat, Dictator diceretur. Sed quo die id plebis concilium futurum erat, Consul clam nocte in Siciliam abiit. Desitutiisque patres literas ad M. Claudio mittendas censuerunt, ut deserte à collega Reip. subueniret, diceretque quem populus iussisset Dictatorem. Ita à M. Claudio Consule Q. Fulvius Dictator dictus, & ex eodem plebiscito à Q. Fulvio Dictatore P. Licinius Crassus Pont. Max. magister equitum datus est. Est etiam per absentiam Consulū aliquando Prodictator à populo creatus, quemadmodum testatur Liuius lib.2.

C

Decad. 3. Itaque ad remedium iam diu desideratum, nec adhibitum, Dictatorem dicendum ciuitas confudit. Et quia Consul aberat à quo uno dici posse videbatur: nec per occupatam armis. Punicis Italiam facile erat, aut nūcium, aut literas mitti: nec Dictatorem populus creare poterat: quod nunquam ante eam diem factum erat, Prodictatorem populus creauit Q. Fabium Max. & magistrum equitum M. Rufum Minutium. Sed

D

E

F & L. Sylla Dictator ab Interrege dictus est L. Valerio Flacco, ut testatur Appianus lib. 1. Bell. Ciuit. Et C. Julius Cæsar à Senatu, ut ait Plutarchus, Dictator factus. Erant enim cum Pompeio ex urbe profecti ambo Consules: nec poterat à Prætore dici. Quod Cicero scribit libro nono ad Atticum in epistola, cuius initium est: Cum dedissem. Me, inquit, nunc & congressus eius stimulat, & primas eius actiones horreo. Voleat enim credo S. C. facere: uolet augurum decretum: rapiemur, aut absentes uexabimur: uel ut Consules roget Prætor, uel Dictatorem, dicat, quorum neutrum ius est. At si Sylla potuit efficere ab Interrege, ut Dictator diceretur, & magister equitum, cur hic non possit? Atque illa quidem sufficiat de Dictatore ac magistro equitum: ex quibus apertum est centuriatis comitiis hos non creari. De Interrege idem demonstrabitur facile ex eo quod scribit T. Livius lib. 3. Decad. 1. Alia sententia asperior in speciem, quæ Patritios coire ad prodendum Interregem iubebat. Et lib. quarto: Patritii cum sine curuli magistratu Respub. esset, coiere, & Interregem creaure. Et lib. sexto: Penes quos sunt auspicia? nempe penes patres. Nam plebeius nullus magistratus auspicato creatur. Nobis adeò sunt propria, ut non solum quos populus creat Patritios magistratus, non aliter, quam auspicato creet, sed nos quoq; ipsi sine iusfragio populi auspicato Interregem prodamus. Et Cicero pro domo sua. Auspiciaç^z populi Romani, si magistratus Patritii creati non sint, intereant necesse est: cum Interrex nullus sit: quod & ipsum Patritiū esse, & à Patritiis prodi necesse est. Patritii igitur prodebat Interregem: hoc est unū aliquem ex suo numero deligebat, & declarabant, qui magistratum curulē quinque dierum gereret (nam tot, non amplius dies imperium habuisse perspicuum est ex Liui, Appiano, & Asconio) non autem à populo creabatur. Illud uero animaduertendum hoc loco est, his cœturiatis comitiis Proconsules interdum creatos. Quod ex eo intelligi potest, quod scribit Liuius lib. 6. Decad. 3. Et Romæ Senatu populoç post receptam Capuam non Italæ iam maior, quam Hispaniæ cura erat, & exercitum augeri, & imperatorem mitti placebat: nec tamen quem mitterent latis constabat: quoniam illuc, ubi duo summi Imperatores intra dies triginta cecidissent, qui in locum duorum succederet, extraordinaria cura diligendus esset. Cum alii alium nominarent, postremum eò decursum est, ut populus Proconsoli creando in Hispaniam, comitia haberet: diemq; comitiis Coss. edixerunt. Primo expecta-

Plebeius nullus magistratus auspicato anforato creandus

I K

dierum gereret (nam tot, non amplius dies imperium habuisse perspicuum est ex Liui, Appiano, & Asconio) non autem à populo creabatur. Illud uero animaduertendum hoc loco est, his cœturiatis comitiis Proconsules interdum creatos. Quod ex eo intelligi potest, quod scribit Liuius lib. 6. Decad. 3. Et Romæ Senatu populoç post receptam Capuam non Italæ iam maior, quam Hispaniæ cura erat, & exercitum augeri, & imperatorem mitti placebat: nec tamen quem mitterent latis constabat: quoniam illuc, ubi duo summi Imperatores intra dies triginta cecidissent, qui in locum duorum succederet, extraordinaria cura diligendus esset. Cum alii alium nominarent, postremum eò decursum est, ut populus Proconsoli creando in Hispaniam, comitia haberet: diemq; comitiis Coss. edixerunt. Primo expecta-

expectauerat, ut qui se tanto imperio dignos crederent, nomina . A
 profiterentur. Quæ ut disstributa expectatio est, redintegratus lu-
 ctus accepte clavis, desideriumq; imperatorum amissorum. Me-
 sa itaque ciuitas, propè inops consiliū comitiorum die tamen in
 campum descendit: atque in magistratus uersi circumspicant
 ora principum aliorum alios intuentium: stremuntq; adeò perdi-
 tas res, desperatumq; de Repub. esse, ut nemo audeat in Hispaniam imperium accipere: cum subito P. Cornelius illius, qui in Hispania ceciderat, filius uiginti quatuor ferme annos natus, P. cornelius
 fessus se petere, in superiori unde conspicere posset loco constituit. In B
 quem postquam omnium ora conuersa sunt, clamore ac fauore
 ominati extemplo sunt felix faustumq; imperium. Iussi deinde
 inire suffragium, ad unum omnes non modò centurio, sed etiam
 homines P. Scipioni imperium esse in Hispania iusserunt. Ex
 his uerbis apertum est centuriatis comitiis P. Scipionem creauit
 fuisse Proconsulem. Veruntamen eam rationem decernendarū
 prouinciarum, nec perpetuam, nec ordinariam fuisse lib. 2. doce-
 bimus, cum de omni ratione prouinciarum agemus. Nunc ex-
 pendendus est locus A. Gelli cap. 27. libri 15. in quo scribit ex
 Lælio Felice: Comitia calata esse, quæ pro collegio Pontificum
 habentur, aut regis sacerdotum, aut flaminum inaugurandorū cau-
 sa. Eorum autem alia esse Curiata alia Centuriata. Nam si uerum
 est, quod apud Ciceronem scriptum est 2. orat. in Rullum ante
 legem Domitiam latam sacerdotia præter pontificatum maxi-
 mum à populo non data fuisse, sed tantum à collegiis cooptari
 solitos, qui sacerdotes fierent, quænam ista sunt centuriata comi-
 tia, quæ pro collegio pontificum haberet dicit Lælius ex Tuberone
 nec Pontifex. Max. (ut eodem illo loco ait Cicero) creaba-
 tur centuriatis comitiis, sed à minore parte populi: Illa sanè quæ
 stio est inquisitione digna: de qua suum cuique relinquam iudi-
 cium, mea uero hæc est sententia: quæ à Tuberone scribuntur,
 sic esse accipienda, ut bina designentur comitia calata, quæ pro
 collegio pontificum haberentur: alia quibus rex sacerdotum crea-
 retur, alia quibus flamines. Atque illa quidem, quibus rex sacro-
 rum fieret, centuriata fuisse: quibus flamines, curiata. Ut autem
 ita credam, his potissimum ducor argumentis. Rex sacerdotum &
 flamines, tametsi non essent pontifices, ita tamen erant ascripti
 in collegium pontificum, ut si quando de re aliqua apud pontifi-
 ces ageretur, ipsi unâ iudices federent eius rei, de qua ad colle-
 gium pontificum relatum esset. Quod potest ex oratione Cice-
 tonis ^{B 3} ^{Rex sacerdotum & flamines, tametsi non essent pontifices, ita tamen erant ascripti in collegium pontificum, ut si quando de re aliqua apud pontifices ageretur, ipsi unâ iudices federent eius rei, de qua ad collegium pontificum relatum esset. Quod potest ex oratione Cicero tonis} ^{Judicis partibus}

- F**ronis pro domo sua intelligi : quæ cum habita sit apud pontifices, ad quorum collegium reiectum erat de domo à Clodio consecrata iudicium : in ea tamen ratione iudices sedisse, regem sacrorum, & flamines ostendit, cum ait : Discite orationem pontifices, & uos flamines, etiam tu Rex, disce ab homine gentili tuo, quanquam ille gentem istam reliquit. Et de Aruspicum responsis, postquam dixit Senatus decreto de ædium suarum religione ad pontificum collegium relatum esse, paulò post uelut enumerationem faciens eorum, qui iudice sederunt, ita scribit : At uero meam domum P. Lentulus Consul & pontifex, P. Servilius, M. Lucullus, Q. Metellus, M. Glabrio, M. Messala, L. Lentulus flamen Martialis, P. Galba, Q. Scipio, C. Fannius, M. Lepidus, L. Claudius Rex sacrorum, M. Scaurus, M. Crassus, C. Curio, Sex. Cæsar flamen Quirinalis, Q. Cornelius, P. Albinius, Q. Terentius Pontifices minores, causa cognita duobus locis dicta, maxima frequentia amplissimorum ac sapietissimorum ciuium astante, omni religione una mente omnes liberauerunt. Deinde uero T. Liuius initio lib. 2. 1. Decad. diserte afferit
- G** Regis sacrificuli sacerdotium pontifici subiectum. Quod etiam intelligi potest ex eo quod apud eundem scriptum est lib. 10. 4. Decad. De rege sacrifico sufficiendo in locum C. Cornelij Dolabellæ contentio inter C. Servilium pont. max. fuit, & L. Cornelium Dolabellam Duuumirum naualem : quem ut inaugurebat pontifex, magistratu se abdicare uolebat : recusantiq; id facere, ob eam rem mulcta Duuumiro dicta à pontifice, deq; ea cum prouocasset, certatum ad populum. Cum plures iam tribus introuatae dicto esse audientem pontifici Duuumirum iuberet, mulctamq; remitti, si magistratu se abdicasset : ultimum de coelo, quod comitia turbaret interuenit. Religio inde fuit pontificibus inauguraði Dolabellæ. P. Cloelium Siculum inaugurarunt, qui secundo loco inauguratus erat. Ex his T. Liuius uerbis colligi potest non modo pontifici max. subiectum esse Regem sacrorum : sed etiam ad pontifices pertinuisse inaugurationē eius, adeoq; pontificis max. fuisse, inaugurate regē sacrificum. Quod idem de flaminibus dicendum esse ex eo demonstrari potest, quod scribit idem Liuius lib. 7. Decad. 3. Et flaminem Dialem inuitum inaugurarari coegit Pub. Licinius pont. max. C. Valerius Flaccum. Quod idem scribit Valerius Max. lib. 6. cap. 9. C. Valerius Flaccus secundi belli Punici temporibus, luxu perditam adolescentiam inchoauit. Cæterum à P. Licinio pont. max. flamen

men factus, &c. Et L. Florus in Epitome libri 19. scribit: L. Cæcilius Metellus pont. max. A. Posthumium Consulem, quoniā idem & flamen Martialis erat, cum ille ad bellum gerendū proficisci uellet, in urbe tenuit, nec passus est à sacris recedere. Et T. Liuius lib. 7. Decad. 4. de Q. Fabio Pictore, quem dicit eo anno, quo creatus est Prætor, inauguratū fuisse flaminem Quirinalem, ita scribit: Priusquam in prouincias Prætores irent, certamen inter P. Liciniū pont. max. fuit, & Q. Fabium Pictorē flaminem Quirinalem, quale patrum memoria inter L. Metellum, & Posthumium Albinum fuerat. Consulem illum cum C. Luctatio collega in Siciliam ad classem proficiscentem, ad sacra retinuerat Metellus pont. max. Prætorem hunc ne in Sardinia proficieretur P. Licinius tenuit. Et in Senatu, & ad populum magnis contentionibus certatum est, & Imperia inhibita ultiro citroq; & pignora capta, & mulctæ dictæ, & Tribuni appellati, & prouocatum ad populum est. Religio ad postremum uicit: & R. *Lugio* *Secunda* dicto audiens esse flamen pontifici iussus. Ex his locis perspicuū est flamines & regem sacrorum, non modo attributos fuisse collegio pontificum, sed etiam ita pontifici max. subiectos, ut ab eo inaugurentur: hoc est, certis quibusdam ac solennibus captatis auguris crearentur. Et quoniam ita erant attributi collegio pontificum, ideo recte à Tuberone dictum esse illa comitia, quæ habebantur regis sacrorum, & flaminum inaugurandorum causa, pro collegio pontificum haberī. Nec facio partem disiunctionis illud, quod ait pro collegio pontificum Calata comitia haberi, ut terna hic ponantur Calata comitia: prima pro collegio pontificum, secunda regis sacrorum inaugurandi causa, tertia flaminum inaugurandorum. Pontifices enim non comitiis à populo creabantur, sed à collegio cooptabantur, ut & Cicero aperte indicat in ea, quam citauimus oratione in Rullum: & Suetonius in Nerone cap. 2. & Dionysius Halicar. his uerbis scribit: Defuncto uno pontifice, alius sufficitur non à populo creatus, sed ab illis ipsis pontificibus, is qui illi sacerdotio maximè idoneus uidetur. Et pontifex max. quanquam à populo, aut potius à parte populi crearetur, non tamen illis comitiis Cœturiatis, aut Curiatis, quæ à Tuberone illic subiiciuntur, creabatur: sed alia ratione, quā postea cum de tributis comitiis agemus, latius explicabimus. Sunt igitur ita accipienda Tuberonis uerba uti diximus: & quod ait Calata comitia haberī pro collegio pontificum, non ita interpretandum est, ut significent de collegio pontificum ha-

- F**beri comitia, sed potius à collegio, & apud collegium, quemadmodum illud, pro, sæpe apud Latinos scriptores accipitur. Vé apud Liuium lib. 8. Decad. 4. Supplicatio in triduum pro collegio Decemvitorum imperata fuit. Cum igitur certū sit comitiis Calatis regē sacrorū, & flamines creari solitos, ex iisq; alia Cenariata alia Curiata faciat Lælius Felix ex Tuberone, illud modo restat, ut explicē cur Centuriata ad regem sacrorum, Curiata uero ad flamines referenda existimem. In quo si non adferam satis evidentes probationes, verisimilibus contentos nos esse oportet.
- G**bit. Ac primū flamines iam inde à Numa Rege instituti sunt, quo tempore non alia erant Romæ comitia, quam Curiata: Rex uero sacrorum eo anno, quo primum Consules Romæ fuerunt creatus est: quo tempore Centuriata comitia, iam à Seruii regis temporibus erant. Non potuerunt igitur aliis comitiis creari primum flamines, quam Curiatis: neque uero illa usquam mentio est, in omni historia aliquid posterioribus temporibus mutatum fuisse ex iis, quæ primum à Numa fuisse instituta de flaminibus. Quod si Curiata flaminibus tribuamus, relinquatur,
- H**ut regi sacrorum Centuriata tribuenda sint. Deinde uero regis sacrorum sacerdotium, maius multò illustriusq; erat quam flaminum: ut qui in regis locum (quod quidem ad sacra attinet) successerat: ideoq; ei & nomen regis, & ornatus regius relicitus erat. Magnitudo igitur sacerdotii efficit, ut credam, quoniam à populo conferretur, iis potius comitiis, quibus maximas quasi dignitates dare solebat, quæ erant Centuriata, creari solitu huc sacerdotem, quam Curiatis. Atque illa quidem mea est sententia de illo A. Gellii loco. Cui nihil illud repugnat, quod ex Cicerone citauit, ante legē Domitiam omnes sacerdotes præter pontificem max. Nil consulto populo à collegiis cooptari solitos. Ego enim ad eos modo sacerdotes quorū erat suum quodam collegium, ea uerba esse referenda censeo: præsertim cum lex Domitia ad illos tantum sacerdotes pertineret. Scribit enim Paterculus eam fuisse legem Domitiam, ut omnes sacerdotes, qui ante à collegiis sufficiebantur, suffragiis minoris partis populi crearentur. Et apud Asconium extant uerba ex oratione Ciceronis pro C. Cornelio, quibus à Cn. Domitio dicit potentissimorum hominum collegiis ereptam fuisse potestatem cooptandorum sacerdotum. Et Suet. in Nerone: C. Domitius in Tribunatu pontificibus offendit, quod alium quam se in patris sui locum cooptassent, ius sacerdotum subrogandorum à collegiis ad populum

A

populum transstulit. Quòd si ad sacerdotia collegiorum tantum lex Domitia pertineret, nil repugnabunt, quæ à Cicerone dicuntur de ratione créadorum sacerdotium ante legem Domitiām, iis quæ à nobis dicta sunt de rege sacerotū & flaminib⁹. Quanquam enim attributi essent collegio pontificum, non tamen ipsi ex pontificum numero erant, nec fuisse de collegio pontificum proprie dici possunt. Nam regis sacerorum suum erat proprium sacerdotium, habebatq; sua quædam sacra curanda, quæ ad nullum alium sacerdotem pertinebant. Et flamines quanquam multi essent, qui nomine conuenirent, collegæ tamen non erant: si quidem flamen unius Dei sacerdos erat, habebatq; sua quisque sacra, quæ & per se quisque procuraret, & ad alios nil omnino attinerent. Quod Cicero lib. 2. de Legibus satis indicat, cum legem huiusmodi ponit: Diuisq; alii sacerdotes, omnibus pontifices, singulis flamines sunt. Ex iis perspicuum est ad illas tres causas generales habendorum comitiorū Centuriatorum, quas supra posuimus, adiiciendam esse hanc regis sacrificuli creandi causam. Quam Cicero, ut opinor, eo loco quem ex 2. de Diuin. citauit, uoluit comprehendēti in ea parte, in qua magistratum comitia appellat: nō quod rex sacerotū magistratus esset, sed quod dignitas quædam tamen esset, quæ à populo non alia ratione quam magistratus daretur. Neque uero oportuit Ciceronem illic tam anxie enumerare omnes rationes habendorum comitorum. Atque illa quidem sufficiant de prima causa Centuriatorū comitorum, quam simplicem prius cum Cicerone fecimus: nūc quo explicatio res sit, geminam facimus, ut sit prima causa, magistratum, & regis sacerorum creandi causa. Nam de Decemviris qui legibus ferendis creati sunt, & de Tribunis militaribus Consulari potestate, quos ex historia certum est comitiis Centuriatis creatos, propterea nil dixi quòd iandudum illi magistratus Romæ creari desierant. Sequitur altera causa, legum scilicet ferendarum: in qua explicanda illud primum animaduertendum est, legis nomen hoc loco etiam rogationem complecti, qua bellum iuberetur à populo. Quod apud Liuium frequēt̄ est, ut populus lege iussi se bellum dicatur. Hæc tamen apud Dionys. & Polybium distinguuntur, cum aiunt, tria in quibus maximum Reip. gerendæ momentum esset, in populi Rom. potestate fuisse, magistratus creare, leges condere, bellum aut pacem iubere. Quod uero comitiis Centuriatis leges ferri dicimus, non ita accipi debet, quasi uelimus omnes leges iis comitiis ferri solitas,

sed

B

C

D

E

- F** sed id modo ad eas referendum est, quas & per distinctionem plebiscitorum leges apppellari apud Iustinianum primo Institutio-
num, & A. Gellium lib. 1 o. cap. 21. reperimus: & apud Ciceronē
Centuriatas & Consulares leges uocari uidemus. A Centuriatis
enim comitiis, quibus proferebantur Centuriatae leges, appellā-
tur, ut lex quae lata est de eius reditu ab exilio, de qua ita scri-
bit in oratione post redditum in Senatu: Quo die nos comitiis
Centuriatis, quae maximè maiores iusta dici haberip voluerūt,
arcessiuit in patriam, ut eadem Centuriæ, quæ me Consulem fe-
Gcerant, Consulatum meum comprobarēt. Et lib. 1. Epistolarum
in epist. cuius initium est. Periucūdæ. Me uniuersa Respub. du-
ce Senatu, comitante Italia, promulgantibus omnibus, referente
Consule, comitiis Centuriatis, cunctis ordinibus hominibusq;
incumbentibus, recuperavit. Ut uero Centuriatas leges non p̄r
separ singulas, sed uno uelut signo cognoscendas exhibeā, quæ
leges ferebantur à maioribus magistratibus, hæ fere Centuriatis
comitiis ferebantur: præsertim si auctoritate Senatus ferrentur,
ac de re quapiam maioris momenti essent. Hinc leges Valeriæ à
H P. Valerio Publicola Consulæ latæ de prouocatione, Centuriatæ
fuerunt: ut est apud Valerium Max. lib. 4. cap. 1. Legē etiam
comitiis Centuriatis tulit, ne quis magistratus ciuem Rom. &c.
Et leges duodecim tabulari Centuriatis comitiis perlatae sunt,
inquit T. Livius lib. 3. 1. Decad. Et eodem libro de L. Valerio,
& M. Horatio loquens, ita scribit: Omnia primum cum ueluti
in controuerso iure esset, tenerenturne patres plebiscitis, legē
Centuriatis comitiis tulere, ut quod Tribuni pl. iussissent, popu-
lus teneret. Quod uero ipse idem scibit lib. 8. 1. Decad. à Dicta-
Ito P. Philone legem latam fuisse, ut legum, quæ comitiis Cen-
turiatis ferrentur, ante initum suffragium patres auctores fie-
rent: argumento esse potest leges, quæ per distinctionem plebi-
scitorum appellarentur, quales erant quæ à magistratibus maio-
ribus ferebantur, comitiis Centuriatis ferri solitas. Dixi au-
tem fere ita factitatum fuisse, quia id perpetuum non esset, ut
quas leges ferrent maiores magistratus, eas Centuriatis comitiis
ferrent. Scribit enim Cicero 1. lib. ad Att. à M. Pisone Consule
rogationem latam ad populum, de religione à P. Clodio conté-
Kpta: eamq; in comitio latam fuisse perspicuum est ex contextu
epistolæ nonæ, cuius initium est, Vereor ne putidum. unde ap-
paret non fuisse huius legis comitia Centuriata, ut quæ intra po-
mœrium haberi nō possent. Ex his quæ adhuc diximus id per-
spicuum

spicuum est, legibus quibuscum ferendis habita fuisse comitia C^ē A
 turiata: quibus ad ostendendum id quod hoc loco uolumus, cō-
 tenti erimus, si probauerimus bellum iisdem his comitiis indici ~~centuriatis~~^{comitii} ~~belli~~^{pro}
 solisi. Scribit T. Liuius lib. 4. 1. Decad. Controversia inde fuit, ~~pro~~^{ut} ~~de~~ⁱⁿ ~~belli~~^{comitii}
 utrum populi iussu indiceretur bellum, an satis esse S. C. Perui. ~~Judicatio~~^{decibat}
 cere Tribuni, denunciando impedituros se delectum, ut Quin-
 tius Cos. de bello ad populum ferret. Omnes Centuriæ iussere.
 Et lib. 1. Decad. 4. Ser. Sulpitio Provincia Macedonia sorte eue-
 nit: iisq^e rogationem promulgauit, uellent iuberet Philippo Re-
 gi Macedonibusq^e bellum indici. Rogatio de bello Macedoni-
 eo primis comitiis ab omnibus sere Genturiis antiquata est. Et
 paulò post. Consul in campo Martio comitiis habitis, prius
 quam Centuriæ in suffragium mitteret. Et lib. 2. Decad. 5. Pa-
 tres, quod faustum foelixq^e populo Rom. esset, Centuriatis co-
 mitiis primo quoque die ferre ad populum Consules iusserunt,
 ut cum Perseo bellum iniretur. Ex iis locis perspicuum est, C^ē
 turiatis comitiis legem de bello indicendo ferri solitam. Nec re-
 pugnare putandum est, id quod est apud Liuium lib. 6. primæ
 Decad. Tum ut bellum iuberent, latum ad populum est, & ne-
 quicquam dissuadentibus Tribunis Pl. omnes tribus bellū iusse-
 runt. Nam quod ait omnes tribus bellum iussisse, nil aliud signi-
 ficat, quam uniuersum pop. id sciuisse: quemadmodum Cicero
 libro in Verrem tertio loquitur, Credent omnes quinque & tri-
 ginta tribus homini grauissimo. Vbi tamen Cicero loquitur de
 iudicio Perduellonis, ad quod se uocaturum Verrem minatur:
 quod iudicium non Tributis, sed Centuriatis comitiis exerce-
 batur, ut mox demonstrabimus. Adde quod in Centuriatis co-
 mitiis prærogativa tribus, & iureuocatæ frequenter in historia
 Liuii appellantur: quò etiam referri potest, quod ait omnes tri-
 bus bellum iussisse. Porrò autem hoc loco, ut ne quis fallatur,
 id quod ex historia obseruavi, obiter subiiciam: non iisdem co-
 mitiis pacem iuberi solitam, quibus bellum indiceretur, sed Tri-
 butis: ut postea demonstrabimus. Hactenus de secunda causa co-
 mitiorum Centuriatorum. Restat tertia, quæ tametsi uideatur
 potuisse comprehendī sub secunda, cum etiam legem ferre dica-
 tur is, qui aliquem uocat iudicium populi, ut ex multis T. Liuii
 locis manifestum est: & Cicero pro Sestio, cum comitia bipar-
 titò tantū diuidit, in magistratum ac legum comitia, hoc sensis
 se uideatur: attamen quo explicatior sit hæc de comitiis tracta-
 tio, malui illam in tres partes diuisionem ex libro de Diuinatio-
 ne

B

C

D

E

Fne sequi. Ac iudiciorum quidem causa haberi comitia Centuria ta, ad unum modo iudicium Perduellionis pertinere intelligendum est. Quod ut apertius intelligatur, paulo altius repetenda mihi uidetur unitersa ratio iudiciorum, quae Romæ potissimum ætate Ciceronis obseruabatur. Praeter ea iudicia, quæ à Triumuiris capitalibus in seruos; & reliquos extremæ sortis homines: & ab Aedilibus de ratione annonæ, de urbis, viarum ædificiorumq; curatione, de rerum ueneditiōnibus exercebantur: reliqua in urbe (nam militaris iurisdictio ad Imperatores Tribunosq; militares pertinebat) iurisdictio erat serepta penes Prætores. Iudicia autem, aut priuata erant, aut publica. Priuatis iudiciis præerant duo Prætores, unus urbanus, alter peregrinus. Ille ciuib; inter se ius dicebat: hic inter ciues & peregrinos. Ac si actio priuata huiusmodi esset, ut de iure potius, quam de facto querendum esset, Prætor ad Centumuiros suum uelut consilium remittebat, ut ex primo de Oratore intelligi potest: si de facto querendum esset, iudicem dabant, aut iudices quos recuperatores appellari sœpe legimus: alioquin si nihil esset cur de iure, aut facto querendum esset, Prætor ipse decretum interponebat. Publicis iudiciis ante constitutas quæstiones perpetuas, solebant hi præcessere quos populus creasset quæstores, vel vt Pomponius leg. sec. de orig. iuris, uocat quæstores parricidiū, ut quodque crimen publica animaduersione dignum inciderat: aut uero ab aliquo magistratu ad populum uocabatur is, quocum iudicio publico agendum esse uidebatur. At post constitutas quæstiones perpetuas (quod Cicerio in Bruto ait factum esse Censorino & Manilio Cost. qui est annus urbis sexcentesimus quintus in Chronologia Glareani) ad Syllæ usque tempora ex iis sex prætoribus qui iam inde a temporibus secundi belii Punici creari solebant, quatuor publica iudicia exercebant, ea de quibus non uidebatur extra ordinem querendum esse: ut repundarum, ambitus, maiestatis, peculatus. Nam propterea quæstiones perpetuae dicebantur tum, quod lege erat præscripta quedam forma perpetua iudicij de his rebus exercendi, ut noua semper lege opus non esset: tum uero quod annuam prouinciam in his quæstionibus exercendis illi prætores peragerent: non quemadmodum ante fieri solebat, cum ita casus tulisset ut querendum uideretur, tum crearetur q; quereret, statimq; hoc absoluto iudicio potestatem de eadem re querendi non haberet. Quod si tum quoque aliquid accidisset,

de

*Judiciorum
diuerso*

H ad Syllæ usque tempora ex iis sex prætoribus qui iam inde a temporibus secundi belii Punici creari solebant, quatuor publica iudicia exercebant, ea de quibus non uidebatur extra ordinem querendum esse: ut repundarum, ambitus, maiestatis, peculatus. Nam propterea quæstiones perpetuae dicebantur tum, quod lege erat præscripta quedam forma perpetua iudicij de his rebus exercendi, ut noua semper lege opus non esset: tum uero quod annuam prouinciam in his quæstionibus exercendis illi prætores peragerent: non quemadmodum ante fieri solebat, cum ita casus tulisset ut querendum uideretur, tum crearetur q; quereret, statimq; hoc absoluto iudicio potestatem de eadem re querendi non haberet. Quod si tum quoque aliquid accidisset,

de quo extra ordinem primo quoque tempore propter crimi-
nis grauitatem aut nouitatem querendū uideretur, ad populu-
ferebatur, ut quem uellet de ea re primo quoque tempore que-
rere, iuberet. Tumq; ueteri more creabatur questor parricidii :
quemadmodum factum est lege Varia, ut quereretur aduersus
eos, quorum ope socij aduersus Rempub. arma sumplissent : &
lege Manilia, ut quereretur in eos, quorum opera lugurtha Se-
natus decreta neglexisset, tres questores creati sunt, inquit Sa-
lust. Aut uero nulla decreta noua & ad tempus quæstione, ad po-
pulum ab aliquo magistratu dies dicebatur. Ut Cn. Domitius
Trib. pl. M. Scauro diem dixit ad populum, quod diceret ab eo
sacra multa populi R.o diminuta esse. L. uero Cornelius Sylla
Dictator, cum uideret non satis esse, aucto à se perpetuarum quæ-
stionum numero, ut quatuor modo Prætores publicis iudiciis
præcessent, adiecit quatuor Prætores, ut uult Pomponius: atq;
ista coepérunt decem prætores Romæ esse, quorum duo urbanus
& peregrinus priuatis potissimum iudiciis præerant: reliquit h-
ec quæstionibus publicis. Erant autem, si Pomponium sequa-
mur, illi octo Prætores, quos ex Cicerone colligere posse vide-
musr, duo qui inter sicarios ius dicerent: unus qui de repetundis
quereret, alius qui de peculatu, alius qui de ambitu, alius qui de
falso, alius qui de maiestate, alius qui de ui. Scribit enim Cicero
in oratione pro Cluentio: Quid est Q. Naso, cur tu in isto loco
sedeas? quæ vis est, qua abs te hi iudices tali dignitate prædicti coe-
reantur: Vos autem, iudices, quamobrem ex tam magna mul-
titudine ciuium, tam pauci de hominum fortunis sententiam fer-
tis? Quid sibi autem illi scribæ, quid lictores, quid cæteri, quos
apparere huic quæstioni uideo, uolunt? opinor hæc omnia lege
fieri, totumq; hoc iudicium quasi quadam mente regi legis & ad
ministrari. Quid ergo est? Hæc quæstio sola ita gubernatur?
Quid M. Pletorii & C. Flaminii inter sicarios? Quid C. Orehini
peculatus? Quid mea de pecuniis repetun. Quid C. Aquilius,
apud quem nunc de ambitu causa dicitur? Quid reliquæ quæ-
stiones? Ex hoc Ciceronis loco colligimus sex diuersos Præto-
res, qui quæstiones publicas exercebant: duos qui inter sicarios
quererent, unum peculatus, aliud repetundarum, aliud am-
bitus, & aliud qui ex lege Cornelia de ueneno ac iudicio corrū-
pto quereret. Quanquam enim quæstio de ueneficiis libro 48.
Digest. coniungitur cum quæstione de sicariis, in titulo Ad legē
Corneliam de sicariis & ueneficiis, attamen ex loco planum est,

Fætate Ciceronis alium Prætorem præter illos duos, qui de fiscariis quærerent, huic quæstiōni de ueneno ac de corruptis iudicis præfuisse. Nam postquam illos duos Prætores, qui inter fiscarios ius dicerent, appellauit, subiicit hæc uerba: Iubet lex ea, qua lege hæc quæstio constituta est, iudicem quæstiōnis, hoc est Q. Voconium, cum iis iudicibus qui ei obuenerint, uos appellat iudices, quærere de ueneno. Ac paulò pòst subiicit eiusdem legis aliud caput de corruptis iudicis: quod ex eadem lege ad eandem quæstiōnem pertinere, tum ex hoc loco, tum ex initio orationis intelligi potest. Et quoniam quæstiōnem de falso institutam à Sylla fuisse apud Pomponium leg. sec. de orig. iuris scriptum est: eumq; qui iudicium corrupserit, corrumpendum uite curarit, lege Cornelia de falso teneri, ait Martianus lege prima, Digest. Ad legem Corneliam de falso: propterea ego in eam opinionem adduictus sum, ut hunc Prætorem, cui Cicero hoc loco tribuit quæstiōnem diuersam à reliquis quinque, appellarem communi nomine Prætorem quæstiōnis de falso: cuius iurisdictioni omnis dolus malus, in quo crimen publico iudicio persequendum inesset, subligeretur. Complectebatur enim lex Cornelia omnem falsitatem, quæ in testamentis, numis, instrumentis publicis, iudicis committeretur: mihiq; sit uerisimile, qui malum uenenum haberet, uenderet, faceret, eadem lege de falso fætate Ciceronis accusari solitum. Porrò autem Cicero enumeratis sex illis quæstiōnibus, alias præterea fuisse ostendit, cum ait: Quid reliquæ quæstiōnes? Has quæstiōnes, duas potissimum fuisse ex aliis eius locis colligi posse uidetur, maiestatis & de ui. Nam ante quidem erat quæstio maiestatis ex lege Apuleia, ut facile est intelligere ex libro sec. de Oratore, ubi Cicero de causa Norbani loquitur: quem maiestatis lege Apuleia postulatum defendit Antonius. Post uero fuit lex Cornelia maiestatis, cuius meminit Cicero in Pisonem. Quod uero esset suum quoddam de maiestate iudicium proprium, Asconius Pedianus in argumento orationis pro C. Cornelio apertissimè demonstrat. Sequenti anno M. Lepido, L. Volcatio Consulibus, quo anno Prætor Cicero fuit, reum Cornelium duo fratres Comini lege Cornelia de maiestate fecerunt: & cum P. Cassius Prætor decimo die. Ex his uerbis apparet lege Cornelia de maiestate quæsiisse Prætorem P. Cassium eo ipso anno, quo Cicero Prætor dixit pro Cluentio. Vnde necessario efficitur, præter eas quæstiōnes, quas in ea oratione nominatim appellat, fuisse & quæstiōnē maiestatis, quam p. Cassius

G intelligi potest. Et quoniam quæstiōnem de falso institutam à Sylla fuisse apud Pomponium leg. sec. de orig. iuris scriptum est: eumq; qui iudicium corrupserit, corrumpendum uite curarit, lege Cornelia de falso teneri, ait Martianus lege prima, Digest. Ad legem Corneliam de falso: propterea ego in eam opinionem adduictus sum, ut hunc Prætorem, cui Cicero hoc loco tribuit quæstiōnem diuersam à reliquis quinque, appellarem communi nomine Prætorem quæstiōnis de falso: cuius iurisdictioni omnis dolus malus, in quo crimen publico iudicio persequendum inesset, subligeretur. Complectebatur enim lex Cornelia omnem falsitatem, quæ in testamentis, numis, instrumentis publicis, iudicis committeretur: mihiq; sit uerisimile, qui malum uenenum haberet, uenderet, faceret, eadem lege de falso fætate Ciceronis accusari solitum. Porrò autem Cicero enumeratis sex illis quæstiōnibus, alias præterea fuisse ostendit, cum ait: Quid reliquæ quæstiōnes? Has quæstiōnes, duas potissimum fuisse ex aliis eius locis colligi posse uidetur, maiestatis & de ui. Nam ante quidem erat quæstio maiestatis ex lege Apuleia, ut facile est intelligere ex libro sec. de Oratore, ubi Cicero de causa Norbani loquitur: quem maiestatis lege Apuleia postulatum defendit Antonius. Post uero fuit lex Cornelia maiestatis, cuius meminit Cicero in Pisonem. Quod uero esset suum quoddam de maiestate iudicium proprium, Asconius Pedianus in argumento orationis pro C. Cornelio apertissimè demonstrat. Sequenti anno M. Lepido, L. Volcatio Consulibus, quo anno Prætor Cicero fuit, reum Cornelium duo fratres Comini lege Cornelia de maiestate fecerunt: & cum P. Cassius Prætor decimo die. Ex his uerbis apparet lege Cornelia de maiestate quæsiisse Prætorem P. Cassium eo ipso anno, quo Cicero Prætor dixit pro Cluentio. Vnde necessario efficitur, præter eas quæstiōnes, quas in ea oratione nominatim appellat, fuisse & quæstiōnē maiestatis, quam p. Cassius

H intelligi potest. Et quoniam quæstiōnem de falso institutam à Sylla fuisse apud Pomponium leg. sec. de orig. iuris scriptum est: eumq; qui iudicium corrupserit, corrumpendum uite curarit, lege Cornelia de falso teneri, ait Martianus lege prima, Digest. Ad legem Corneliam de falso: propterea ego in eam opinionem adduictus sum, ut hunc Prætorem, cui Cicero hoc loco tribuit quæstiōnem diuersam à reliquis quinque, appellarem communi nomine Prætorem quæstiōnis de falso: cuius iurisdictioni omnis dolus malus, in quo crimen publico iudicio persequendum inesset, subligeretur. Complectebatur enim lex Cornelia omnem falsitatem, quæ in testamentis, numis, instrumentis publicis, iudicis committeretur: mihiq; sit uerisimile, qui malum uenenum haberet, uenderet, faceret, eadem lege de falso fætate Ciceronis accusari solitum. Porrò autem Cicero enumeratis sex illis quæstiōnibus, alias præterea fuisse ostendit, cum ait: Quid reliquæ quæstiōnes? Has quæstiōnes, duas potissimum fuisse ex aliis eius locis colligi posse uidetur, maiestatis & de ui. Nam ante quidem erat quæstio maiestatis ex lege Apuleia, ut facile est intelligere ex libro sec. de Oratore, ubi Cicero de causa Norbani loquitur: quem maiestatis lege Apuleia postulatum defendit Antonius. Post uero fuit lex Cornelia maiestatis, cuius meminit Cicero in Pisonem. Quod uero esset suum quoddam de maiestate iudicium proprium, Asconius Pedianus in argumento orationis pro C. Cornelio apertissimè demonstrat. Sequenti anno M. Lepido, L. Volcatio Consulibus, quo anno Prætor Cicero fuit, reum Cornelium duo fratres Comini lege Cornelia de maiestate fecerunt: & cum P. Cassius Prætor decimo die. Ex his uerbis apparet lege Cornelia de maiestate quæsiisse Prætorem P. Cassium eo ipso anno, quo Cicero Prætor dixit pro Cluentio. Vnde necessario efficitur, præter eas quæstiōnes, quas in ea oratione nominatim appellat, fuisse & quæstiōnē maiestatis, quam p. Cassius

I intelligi potest. Et quoniam quæstiōnem de falso institutam à Sylla fuisse apud Pomponium leg. sec. de orig. iuris scriptum est: eumq; qui iudicium corrupserit, corrumpendum uite curarit, lege Cornelia de falso teneri, ait Martianus lege prima, Digest. Ad legem Corneliam de falso: propterea ego in eam opinionem adduictus sum, ut hunc Prætorem, cui Cicero hoc loco tribuit quæstiōnem diuersam à reliquis quinque, appellarem communi nomine Prætorem quæstiōnis de falso: cuius iurisdictioni omnis dolus malus, in quo crimen publico iudicio persequendum inesset, subligeretur. Complectebatur enim lex Cornelia omnem falsitatem, quæ in testamentis, numis, instrumentis publicis, iudicis committeretur: mihiq; sit uerisimile, qui malum uenenum haberet, uenderet, faceret, eadem lege de falso fætate Ciceronis accusari solitum. Porrò autem Cicero enumeratis sex illis quæstiōnibus, alias præterea fuisse ostendit, cum ait: Quid reliquæ quæstiōnes? Has quæstiōnes, duas potissimum fuisse ex aliis eius locis colligi posse uidetur, maiestatis & de ui. Nam ante quidem erat quæstio maiestatis ex lege Apuleia, ut facile est intelligere ex libro sec. de Oratore, ubi Cicero de causa Norbani loquitur: quem maiestatis lege Apuleia postulatum defendit Antonius. Post uero fuit lex Cornelia maiestatis, cuius meminit Cicero in Pisonem. Quod uero esset suum quoddam de maiestate iudicium proprium, Asconius Pedianus in argumento orationis pro C. Cornelio apertissimè demonstrat. Sequenti anno M. Lepido, L. Volcatio Consulibus, quo anno Prætor Cicero fuit, reum Cornelium duo fratres Comini lege Cornelia de maiestate fecerunt: & cum P. Cassius Prætor decimo die. Ex his uerbis apparet lege Cornelia de maiestate quæsiisse Prætorem P. Cassium eo ipso anno, quo Cicero Prætor dixit pro Cluentio. Vnde necessario efficitur, præter eas quæstiōnes, quas in ea oratione nominatim appellat, fuisse & quæstiōnē maiestatis, quam p. Cassius

K intelligi potest. Et quoniam quæstiōnem de falso institutam à Sylla fuisse apud Pomponium leg. sec. de orig. iuris scriptum est: eumq; qui iudicium corrupserit, corrumpendum uite curarit, lege Cornelia de falso teneri, ait Martianus lege prima, Digest. Ad legem Corneliam de falso: propterea ego in eam opinionem adduictus sum, ut hunc Prætorem, cui Cicero hoc loco tribuit quæstiōnem diuersam à reliquis quinque, appellarem communi nomine Prætorem quæstiōnis de falso: cuius iurisdictioni omnis dolus malus, in quo crimen publico iudicio persequendum inesset, subligeretur. Complectebatur enim lex Cornelia omnem falsitatem, quæ in testamentis, numis, instrumentis publicis, iudicis committeretur: mihiq; sit uerisimile, qui malum uenenum haberet, uenderet, faceret, eadem lege de falso fætate Ciceronis accusari solitum. Porrò autem Cicero enumeratis sex illis quæstiōnibus, alias præterea fuisse ostendit, cum ait: Quid reliquæ quæstiōnes? Has quæstiōnes, duas potissimum fuisse ex aliis eius locis colligi posse uidetur, maiestatis & de ui. Nam ante quidem erat quæstio maiestatis ex lege Apuleia, ut facile est intelligere ex libro sec. de Oratore, ubi Cicero de causa Norbani loquitur: quem maiestatis lege Apuleia postulatum defendit Antonius. Post uero fuit lex Cornelia maiestatis, cuius meminit Cicero in Pisonem. Quod uero esset suum quoddam de maiestate iudicium proprium, Asconius Pedianus in argumento orationis pro C. Cornelio apertissimè demonstrat. Sequenti anno M. Lepido, L. Volcatio Consulibus, quo anno Prætor Cicero fuit, reum Cornelium duo fratres Comini lege Cornelia de maiestate fecerunt: & cum P. Cassius Prætor decimo die. Ex his uerbis apparet lege Cornelia de maiestate quæsiisse Prætorem P. Cassium eo ipso anno, quo Cicero Prætor dixit pro Cluentio. Vnde necessario efficitur, præter eas quæstiōnes, quas in ea oratione nominatim appellat, fuisse & quæstiōnē maiestatis, quam p. Cassius

P. Cassius Prætor exercebat. Atque ita iam septem Prætores,
qui iudicia publica exercebat, habemus. Quibus si addas Præto-
rem, qui de ui lege Plotia quærebatur, octo illos Prætores con-
scies, quos supra diximus iudiciis publicis auctore Pomponio
ex Syllæ instituto præfuisse. Quod uero esset una quædam or-
dinaria quæstio de ui, ex his intelligi potest. Primum Cicero
scribit pro Milone. Illi erat, ut odisset: primum defensorem salu-
tis meæ, deinde uexatorem furoris, domitorem armorum suo-
rum, postremo etiam accusatorem suum. Reus enim Milonis
lege Plotia fuit Clodius quoad uixit. Deinde libro 8. Epist. C
lius ad Ciceronem ita scribit: M. Tuccium accusatorem suum
post ludos Romanos reum lege Plotia de ui fecit. Præterea ora-
tio pro Sestio, & pro Cælio ostendunt fuisse in quæstionibus
ordinariis quæstionē de ui. Accusabatur enim uterque de ui, ut
ex ipsis orationibus manifestum est: & Salustius in Catilinæ cō-
iuratione. At Catilinæ crudelis animus eadem illa mouebat, ta-
metsi præsidia parabantur, & ipse Plautia lege interrogatus erat
à L. Paulo. Et Cicero lib. 2. ad Att. in epistola, cuius initium
est, Quas Numestio literas, ita scribit: Nunc reus erat apud
Crassum diuitem Vectius de ui. Hi loci ostendunt perpetuam or-
dinariamq; fuisse quæstionem de ui: ut quæ legis Plautiæ præ-
scripto exercebatur, non scens quām aliæ quæstiones ex Corne-
liis & aliis huius generis legibus. Et quoniam quæstio de sica-
triis ex lege Cornelii exercebatur, haec uero de ui lege Plotia,
quæ ante leges Cornelias lata erat à M. Plautio Syllano Tribu-
no pl. Cn. Pompeio Strabone, L. Portio Catone Cass. idcirco ui
detur has quæstiones diuersas fuisse, ob idq; diuersos quæstio-
res habuisse. Nec moueri debemus ex eo quod scriptum est li-
bro 8. Epist. in Cælii ad Ciceronem epistola octaua. M. Tucciū
accusatorem suum post ludos Romanos reum lege Plotia de ui
fecit: hoc confilio, quod uidebat, si extraordinarius reus nemo ac-
cessisset, sibi hoc anno causam esse dicendam. Ex hoc enim lo-
co 'apparet extra ordinem de ui quæstionem exercebi soli-
tam: unde uideretur falsum esse, quod supra de hac quæstio-
ne diximus. Intelligendum igitur illud extra ordinem ua-
rie accipi: ut interdum significet, id quod modo diximus, noua
quædam lege ob id lata de aliquo crimine quæri: interdum or-
dine iudiciorum aliqua ex parte commutato iudicium exercebi:
quo modo accipi debet, cum dicimus de ui extra ordinem quæ-
ri. Nos enim ex Ciceronis oratione pro Cælio intelligimus le-

gem

F gem à Q. Luctatio Catulo Consule, anno urbis DCVI. latam, ut de seditionis conseleratisq; ciuibus quotidie, hoc est etiam diebus fastis ludisq; publicis quereretur: qua lege appareret iudicium hoc de ui factum esse hac ex parte extraordinarium, cum in hoc nulla haberetur ratio temporis, sicuti in aliis iudiciis habebatur. Adde quod in hoc iudicio non seruabatur ordo in uocā dis reis, qui in aliis iudiciis. Nā ut q̄que reus prius uocatus erat, ita prior causam dicebat in aliis iudiciis: in hoc uero necesse erat primo quoque ipse reū causam dicere: ut appareret ex illo Cæli loco, quē cito. Nam si cum iam accusatus esset. Q. Pōpeius Rufus à M. Tuccio, hac ratione quod de ui accusatorem suum postulauit, effecit ut causam ipse Tuccius ante diceret, necessario efficitur in hac de ui actione ordinariam reorum uocationem nō fuisse obseruatam. Ex quo consequens est non minus hanc fuisse inter perpetuas questiones, etiam si de ui hoc modo extra ordinem per legem Luctatiā quereretur. Erāt igitur octo Prætores qui iudicia publica exercebant, illi quos diximus: quibus si addas unum urbanum & alterum peregrinum, decem illos conficies, quos Romæ post Syllæ dictaturam ius dixisse scribit Pōponius, usque ad tempora Reip. à Cæsare occupatae, à quo duobus adiectis duodecim Prætores facti sunt, ut ait idem Pomponius. Verum enim uero locus est in oratione pro Milone, unde uidetur colligi octo tantum fuisse Romæ Prætores. Ait enim septem Prætores de reditu eius, ut lex ferretur, consensisse: at idem ipse ait in Pisonem & pro Sestio, omnes Prætores præter unum legem illam promulgasse: unde sequitur omnes Prætores octo fuisse. Et sane in oratione post reditum in Senatu, in appellandis Prætoribus qui de suo reditu promulgauerant, septem tantum nominat: unde numerum in oratione pro Milone corruptum esse dici non potest. Ego uero quid ad eum locum respondetur non video, nisi dicatur, eo forte anno non plures quam octo Prætores fuisse, cum id perpetuum non esset. Nam decem Prætores fuisse, locus ille Pomponii quem cito ostendit: utq; plures quam octo fuisse quis credat eo anno, quo Cicero fuit Prætor, hac ratione duci posset. Ex oratione pro Cluentio sex Prætores colligimus, M. Tullium Ciceronem repetundarū,

G C. Aquilum Gallum ambitus, C. Orchinium peculatus, Q. Naſonem de falſo, aut si malis, de ueneno: M. Pletorium & C. Flaminium inter sicarios: Tum uero ex Alconio in orat. pro Cornelio colligimus P. Cassium Prætorem maiestatis: ita iam se-

H ptem

I ptem

K C. Aquilum Gallum ambitus, C. Orchinium peculatus, Q. Naſonem de falſo, aut si malis, de ueneno: M. Pletorium & C. Flaminium inter sicarios: Tum uero ex Alconio in orat. pro Cornelio colligimus P. Cassium Prætorem maiestatis: ita iam se-

plen Prætores conficimus, qui quæstionibus publicis præf- A
 sent. Quibus si Vrbanum, & peregrinum adiicias, nouem consi-
 cies: unde efficitur plures quam octo fuisse. Nam & præter il-
 los quos nominaui, alium Prætorem eo anno reperio C. Anto-
 nium, ut est apud Asconium in orat. contra Anto. & Catil. com-
 petitores, & in libro Q. Fratris de petitione Cōsulatus. Quod si
 plures quam octo Prætores fuisse probatum est, relinquitur, ut
 ex Pomponio decem fuisse Syllæ instituto concludamus. Cur
 uero illo anno, quo Cicero reuocatus est ab exilio, octo tatum
 fuisse reperiantur, etiam atque etiam considerandum. An incer- B
 tus erat Prætorum numerus, & ex populi ac Senatus uolunta-
 te pendebat, quot Prætores crearentur? Id sane uidetur Cicero
 indicare lib. 3. de Legibus, cum de Prætoribus hanc legem po-
 nit, Huic potestate pari quotcunque Senatus creuerit, popu-
 lus iusuerit, tot sunt. An sic, ut superioribus temporibus, cu-
 sex fere Prætores creari solebant, interdum tamen ex lege Be-
 bia, quatuor tantum creabantur: quæ lex, ut ait Liuius lib. 10. C
 Decad. quar. iubebat, ut alternis quaterni Prætores crearentur:
 ita hoc tempore quatuor adiectis à Sylla Prætoribus, interdum
 octo, interdum decem siebant? Sane si adhuc illius legis Bebiæ
 ratio habebatur, ita fieri oportuit, ut quemadmodum prius.
 modo quaterni, modo seni creabantur, ita tunc modo octoni,
 modo deni fierent. Plane si & locum Ciceronis integrum &
 Pomponii cōcedamus, ita omnino dicendum est: aut uero cum
 decem instituisset Sylla, octonis postea Prætoribus contentum
 fuisse populum R. O. Sin Pomponio aut minus fidem habere ue-
 limus, aut uitiosum esse codicem illo loco, quod ad numerum
 Prætorum attinet, existimemus: adeoq; Cornelio Tacito magis: D
 credamus, qui primo lib. Annal. de Tiberio loquens ita scribit
 Candidatos præturæ duodecim nominauit, numerum ab Augu-
 sto traditum. Et hortante Senatu ut augeret, iure iurandum ob-
 strinxit se non excessurum. Ex quo loco appetat duodecim ab
 Augusto Prætores institutos, non sedecim ut ait Pomponius.
 Nam de Cæsar's candidatis ea uerba non posse intelligi, sequen- E
 tia paulo post uerba indicant: Moderante Tiberio ne plures
 quam quatuor candidatos comedaret sine repulsa & ambitu de-
 signandos. Et quoniam ex Suetonio constat ab Augusto au-
 ctum fuisse numerum à Cesaræ Dictatore relictum: itemq; Cæ-
 sarem numerum Prætorum auxisse, relinquitur ut decem à Cæ-
 sare factos dicamus, quemadmodum etiam Dion lib. 42. testa-
 tur:

- F**ur: idq; præter morem ab eo factum scribit. Atque ita octo tātum ante eius Dictaturam fuisse: & Syllam non quatuor, sed duos tātum adieciisse: aut (quod mihi probabilius est) cūm qua tuor adieciisset, duos tantum retentos fuisse. Nam & Dion lib. 43. dicit Cæsarem qui decem ante fecerat Prætores, pōst sedecim creasse, totq; fuisse Prætores scribit, quo anno Cæsar cum Antonio Consul fuit: qui tamen numerus pōst non est retentus. Tum uero nobis dicendum erit illum Q. Nasōnem, quem Prætorem de ueneno cognoscere ex oratione pro Cluentio ostendimus, suis se Prætorem urbanum. Nam ut Prætori urbano hanc de ueneficiis quæstionem attributā fuisse existimem, faciunt loci Ciceronis duo: unus in fine orationis tertiae in Verrem, alias in oratione pro Cluentio: in quibus ostendit a C. Verre Prætores urbano sortitionem ac sortitionem ac subscriptiōnem iudicū factā esse qui de ueneficio Oppianici, Scamandri, & C. Fabritii iudicaturi erant in quibus iudiciis C. Junius quæsitor erat ex lege Cornelii, ut ait Cicero pro Cluentio. Si enim ex lege Cornelii Prætor urbanus tum iudices dedit, qui de ueneno cognoscerent: unde apparet huic quæstiōni suum quendam Prætorem non fuisse attributum: non video cur idem non factum sit eo anno quo Cicero erat Prætor: præsertim cum nulla sit mentio apud Ciceronem quod extra ordinem aliquid factum sit, cum Verres Prætor urbanus de ueneno iudices daret. Quod si Prætori urb. quæstiōnem de ueneno & de falso tribuamus: quæstiōnem autem de ui alteri ex Prætoribus, qui inter sicarios ius dicebant: quod ex eo intelligi potest, quod Aliso. in comment. orat. in Catilinam & Antonium, dicit Catilinam à L. Paulo reum factum inter sicarios, & Salustius de eadem re loquens lege Plotia, de ui fuisse interrogatum dicit: tum sane relinquuntur octo tantum Prætores, eo anno quo Cicero fuit Prætor, sicut eo anno quo ab exilio reuocatus est, Q. Naso urbanus, C. Antonius peregrinus, M. Tullius Cicero de repetundis, C. Orchinius de peculatu, C. Aquilius Gallus de ambitu, M. Pletorius & C. Flaminius inter sicarios, P. Cassius de maiestate. Nam quod necesse non sit singulis quæstiōnibus, quas à Sylla institutas Pomponius scribit, singulos Prætores tribuere, uel ex eo demonstrari potest, quod quæstio de iniuriis illic ponitur. quam tamen ad Prætorem urbanum pertinuisse certum est. Priuata enim erat, ut constat ex libro Ciceronis de Inuēt. secundo. & ut Paulus ait Digest. de Procuratoribus, lege Licet in popularibus, paragra-
- G**
- H**
- I**
- K**
- pho

pho Ad actionem iniuriarum . Cui non repugnat (ut etiā hoc obiter dicam) quod Pomponius inter publicas quæstiones hāc actionem enumerat . Publica enim quæstio apud Pomponium aliquanto latius patet , quām quomodo proprie sumitur , ut significet omnem quæstionem , quæ pro publica utilitate exercetur , licet priuata esse posset . Huius autem generis fuisse hanc de iniuriis actionem ex lege Cornelia Paulus illo eodem loco ait : Ad actionem iniuriarum ex lege Cornelia procurator dari potest . Nam et si pro publica utilitate exercetur , priuata tamē est .

Erat etiam quæstio publica ex lege Papia , qua de peregrinitate quærebatur , ut Cicero pro Attia & pro Balbo ostendit . nec tamen suum quandam ac proprium Prætorem habebat . Verum de numero Prætorum satis disputatum est : illud quod magis ad rem pertinet , nunc persequendū . De quæstionibus igitur publicis , quarum ex aliqua lege perpetua iurisdictio constituta erat , ita cognoscabant illi siue octo siue decem Prætores , ut eorum munus tantum esset iudices cogere , eorumq; sortitionem ac subsortitionem facere , ex iis , decuris quibus iudicandi tum munus incumbebat . Reliqua quæ ad causæ cognitionem pertinebant , iudex quæstionis absoluiebat . Nam præter eum Prætorem cuius iurisdictio erat , sorte creabatur ex numero iudicium unus , qui & quæstor & iudex quæstionis à Cicerone , & princeps iudicium ab Asconio uocatur . Ut in iudicio Oppianici Prætor erat

C. Verres , quæstor autem siue iudex quæstionis C. Iunius (nam utroque nomine cum appellat Cicero pro Cluent .) & in iudicio Cluentij Prætor erat Q. Naso , iudex quæstionis Q. Voconius , & in iudicio Verris de repetundis Prætor erat M. Glabrio : fuisse autem & alium iudicem quæstionis , Cicero ipse indicat in ex-

trema oratione tertia in Verrem , ubi iudicem quæstionis appellat Q. Curtium : in quem locum scribens Asconius aperte ostendit principem iudicium fuisse à Prætore , non autem eundem : quæmadmodum existimauit doctissimus Budæus . Ac Prætor

quidem in tribunali sedebat , ac pro imperio iudices cogebat , ut constat ex oratione pro Cluen . & pro Roscio Amerino : iudex quæstionis in subselliis cum cæteris iudicibus erat , eiusq; munus erat quærere de criminis : Prætor in iis , quæ imperij sunt ferre impediens , ut ait Quint . lib . 3 . iudex quæstionis in iis quæ ad causæ cognitionem pertinebant : eodem propè modo , quo in priuatis actionibus iudex à Prætore datus : tum causa cognita iudices sententiam ferebant . Ac de ratione quidem reliqua iudi-

C a cudi

F candi si quis amplius desideret, consulat Budæum in posterioribus Anno*t*. in Pandect. mihi hoc loco satis erit dixisse de his criminibus, quorum erat perpetua questio ex aliqua lege constituta, Romæ Praetores cognouisse: nisi si quando ita magnitudinem criminis estimasset Senatus, ut decerneret noua lege lata extra ordinem de illo crimen quæri, ut de cœde P. Clodij Senatus decreuit noua lege quærendum esse, id propter seditiones conciones Tribunorum pl. quibus magnitudinem criminis exacerbabant, & propter alia varijs generis crimina multorum, quæ cum hac cœde coniuncta erant, ut constat ex Asconio in argumento orationis pro Milone. At si quod crimen incidisset aut nouum aut grauitate insigne, tum duas reperio rationes obseruari solitas. Vna erat, ut noua lege lata de crimen quæreretur, tumque veteri more à populo designabatur, qui primo quoque tempore quæreret, aut unus quidam ex iis qui magistratum gerebant, aut aliis quem nominatim populus quærere iussisset. Quod factum esse reperio aduersus P. Clodium, cum sacra Bonæ dæc polluisse à Pontificibus iudicatus est. Nouum enim crimen erat, ideoque noua questione opus erat, cum adhuc nulla lege questio de eo crimen constituta fuisse. Atque haec erat ordinaria ac legitima ratio animaduertendi in crimina, de quibus aut non erat aliqua lege decreta questio, aut quibus puniendis ueteres leges non uiderentur sufficere. Altera erat extraordinaria minusque legitima ratio, ideoque raro usurpata, & non nisi in tam graui & tam late patente scelere, ut res dilationem pati non uideretur, ut scilicet comperto crimen Senatus iudicium ferret non consulto populo. Quod usuuerit in coniuratione Catilinæ: qua à Cicerone detesta, statim à Senatu condemnati sunt omnes qui deprehensi erat. Fuisse autem hanc iudicandi rationem extraordinariam ac minus legitimam hinc perspicuum est, quod tametsi decuriae iudicium, quibus iudicandi munus incubebat, ex Senatoribus tantum interdum fuerint conscriptæ, tamen incuria Senatus iudicia non exercebat, ut recte docet Budæus: & Cicero eo nomine postea à P. Cladio reus ad populum factus, est quod contra leges non consulto populo in ciues Romanos animaduertisset. Restat populi iudicia, quæ erant cum aliquis magistratus aut mulctam interrogabat, cuius certatio suffragiis populi permittebatur, aut reum capitum ad populum faciebat. Ac de mulctæ quidem certatione postea dicemus, cum de Tributis comitiis agemus, quibus de mulcta populus suffragium ferebat: nunc de capitali iudicio populi

puli dicendum. Capitale iudicium populi unum fuisse reperio perduelionis. Erat autem crimen perduellionis hostili animo se in Rep. gerere: nam ut ait Caius Digest. de uerborum signis. Quos nos hostes appellamus, eos veteres perduelles appellabat. Hinc factum est, ut reus perduellionis diceretur, qui se quoquo modo in Rep. hostili esse animo declarasset: quasi dices reum hostilitatis. Et quanquam apud nostros Iurisconsultos à crimine maiestatis partim nil distinguitur crimen perduellionis, partim maiestati ut species generi subiicitur, tamen apud Ciceronem longe diuersa fuisse demonstrare eo magis conabor, quo plures video ex iis, qui commentaria in orationes Ciceronis scripsierunt, in hac anti quitatis obseruatione errasse. Scribit lib. 3. in Verrem. Emerserit ex peculatus etiam iudicio: meditetur de ducibus hostium quos accepta pecunia liberavit: uideat quid de illis respondeat, quos in eorum locum subditos domi suae reseruauit: querat non solum quem admodum uostro criminis, uerum etiam quo pacto suae confessioni possit mederi: meminerit se priori actione clamore populi Rom. infesto atque inimico excitatum, confessum esse duces praedonum à se securi non esse percussos: se iam tum ueritum, ne sibi criminis daretur eos ab se pecunia liberatos: fateatur id quod negari non potest, se priuatum hominem praedonum duces uiuos atque incolumes domi suae, posteaquam Romam redierit, usque dum per me licuerit, tentuisse. Hoc in illo maiestatis iudicio si licuisse sibi ostenderit, ego oportuisse concedam. Ex hoc quoque euaserit, proficisci caro eò quod me iam pridem uocat populus Ro. de iure enim libertatis & ciuitatis suum putat esse iudicium, & recte putat. Confringat iste sane uia sua consilia Senatoria, quæstiones omniū perripiatis, euoleat ex uestra seueritate: mihi credite, arctioribus apud populum Ro. laqueis tenebitur. Credet iis equitibus Ro. populus Ro. qui ad uos antea producti testes ipsis inspecti tibus, ab isto ciuem Ro. qui cognitores homines honestos daret, sublatum esse in crucem dixerunt. Credent omnes quinque & triginta tribus hominis grauissimo atque ornatissimo M. An- nio, qui se præsente ciuem Ro. securi percussum esse dixit. Auditur à populo Rom. uit primarius Eques Rom. L. Flavius, qui suum familiarem Herennium negotiatorem ex Africa cum eum Syracusis amplius centum ciues Rom. cognoscerent, lachrymantibusq; defenserent, pro testimonio dixit, securi esse percussum. Probabit fidem, & auctoritatem, & religionem suam. L. Suetius homo omnibus ornamentis prædictus: qui iuratus

P apud uos dixit, multos ciues Rom. in Latumis istius imperio crudelissime per uim morte esse mulctatos. Hanc ego causam, cum agam beneficio populi Ro. de loco superiore, non uereor, ne aut istum uis illa ex populi Rom. suffragis eripere, aut à me ullum munus Aedilitatis amplius, aut gratius populo Ro. esse possit. Ex hoc Ciceronis loco apertū est crimen maiestatis fuisse, duces hostium pecunia liberare, aut priuatum hominē dominū hostium duces seruare incolumes: Perduellionis uero ciue Rom. contra ius libertatis sibi legibus, Porcia maxime & Sempronia concessæ, in crucem tollere, aut securi percutere, aut in Latumias conficere. Cum enim lege Porcia cautum esset, ne ciuem Rom. uirgis cädere, aut ullo seruili supplicio afficere liceret: lege uero Sempronia, ne de capite ciuis Romani iniussu populi iudicaretur: quicunque contra ius suæ libertatis ciuem Rom. quasi peregrinum tractasset, tanquam oppugnator libertatis Romanæ reus perduellionis ad populum fiebat. Ius enim ciuitatis, totum erat penes populum: ideoq; iudicio populi merito subiecitur, qui cōtra leges de iure ciuitatis ac libertatis populi quicquam fecerat. Itaque C. Rabirius perduellionis reus factus est, quod Saturninum Tr. pl. quamvis seditionem, & Reip. perturbatorē iniussu populi Romani occidisse diceretur. Quia enim Tribunatus magistratus erat ad defensionem libertatis populi institutus idcirco leges sacrosanctos esse Tribunos pl. iubebant: quod nihil aliud erat, quam sacrum caput eius esse, qui eis nocuisset: quod idē erat atque pro hoste haberī, qui eis nocuisset. Maiestatis crimen erat legionem sollicitasse, seditionem in exercitu excitasse, ut Cicero indicat pro Client. Cum Balbum & Stalenum maiestatis damnatos ait, quod ista fecissent. Item magistrati quippiam pro suo imperio agenti resistere, ut C. Cornelius maiestatis reus factus est, quod intercessioni collegarū non cessisset. Perduellionis uero crimen in eum cadebat, qui aut regnum affectasset, aut omnino per proditionem, & hostili animo quicquam commisisset, quod in Reip. incommodum cederet. Hinc apud Liuium lib. 6. Decad. 3. Sempronius Tr. pl. Cn. Fulvio perduellionis se iudicare dixit, quod multi iurati dixerant fugæ pauorisq; initium à Fulvio Praetore ortum. Cum enim ante uideretur temeritate atque in inscitia male Remp. gessisse Fulvius, pecunia tantum anquisitum est: at postquam auditum est illorum testimonium, per quod suspicio esse coepit, proditionem potius quam imperitiam rei militaris causam male gestæ Reipub.

G pronia concessæ, in crucem tollere, aut securi percutere, aut in Latumias conficere. Cum enim lege Porcia cautum esset, ne ciuem Rom. uirgis cädere, aut ullo seruili supplicio afficere liceret: lege uero Sempronia, ne de capite ciuis Romani iniussu populi iudicaretur: quicunque contra ius suæ libertatis ciuem Rom. quasi peregrinum tractasset, tanquam oppugnator libertatis Romanæ reus perduellionis ad populum fiebat. Ius enim ciuitatis, totum erat penes populum: ideoq; iudicio populi merito subiecitur, qui cōtra leges de iure ciuitatis ac libertatis po-

H puli quicquam fecerat. Itaque C. Rabirius perduellionis reus factus est, quod Saturninum Tr. pl. quamvis seditionem, & Reip. perturbatorē iniussu populi Romani occidisse diceretur. Quia enim Tribunatus magistratus erat ad defensionem libertatis populi institutus idcirco leges sacrosanctos esse Tribunos pl. iubebant: quod nihil aliud erat, quam sacrum caput eius esse, qui eis nocuisset: quod idē erat atque pro hoste haberī, qui eis nocuisset. Maiestatis crimen erat legionem sollicitasse, seditionem in exercitu excitasse, ut Cicero indicat pro Client. Cum Balbum & Stalenum maiestatis damnatos ait, quod ista fecissent. Item magistrati quippiam pro suo imperio agenti resistere, ut C. Cornelius maiestatis reus factus est, quod intercessioni collegarū non cessisset. Perduellionis uero crimen in eum cadebat, qui aut regnum affectasset, aut omnino per proditionem, & hostili animo quicquam commisisset, quod in Reip. incommodum cederet. Hinc apud Liuium lib. 6. Decad. 3. Sempronius Tr. pl. Cn. Fulvio perduellionis se iudicare dixit, quod multi iurati dixerant fugæ pauorisq; initium à Fulvio Praetore ortum. Cum enim ante uideretur temeritate atque in inscitia male Remp. gessisse Fulvius, pecunia tantum anquisitum est: at postquam auditum est illorum testimonium, per quod suspicio esse coepit, proditionem potius quam imperitiam rei militaris causam male gestæ Reipub.

I lenum maiestatis damnatos ait, quod ista fecissent. Item magistrati quippiam pro suo imperio agenti resistere, ut C. Cornelius maiestatis reus factus est, quod intercessioni collegarū non cessisset. Perduellionis uero crimen in eum cadebat, qui aut regnum affectasset, aut omnino per proditionem, & hostili animo quicquam commisisset, quod in Reip. incommodum cederet. Hinc apud Liuium lib. 6. Decad. 3. Sempronius Tr. pl. Cn. Fulvio perduellionis se iudicare dixit, quod multi iurati dixerant fugæ pauorisq; initium à Fulvio Praetore ortum. Cum enim ante uideretur temeritate atque in inscitia male Remp. gessisse Fulvius, pecunia tantum anquisitum est: at postquam auditum est illorum testimonium, per quod suspicio esse coepit, proditionem potius quam imperitiam rei militaris causam male gestæ Reipub.

K ante uideretur temeritate atque in inscitia male Remp. gessisse Fulvius, pecunia tantum anquisitum est: at postquam auditum est illorum testimonium, per quod suspicio esse coepit, proditionem potius quam imperitiam rei militaris causam male gestæ Reipub.

A

Reipub. fuisse, tum uero Sempronius capite anquirendum censuit, ac Fulrium perduellionis accusauit. Ac crimen quidem maiestatis suum Praetorem habebat, qui hanc quaestione exercebat, ut supra ostendimus: erantque iudices, quos Praetor ex decurriis eorum, penes quos erant iudicia, sortito selegisset, non populus. In crimine uero perduellionis, populus iudicabat: quemadmodum locus ille, quem ex 3. in Verrem citauimus, aperte demonstrat. Atque illa quidem erat ordinaria de perduellione iudi candi ratio, quam T. Labienus accusator Rabirum non obseruat, sed ueterem illum sub regibus morem reuocarat, & Duumuiros huius criminis a Praetore sortiendos curarat C. Cæsarem ut ait Suet. in Cæsare, & L. Cæsare, ut ait Dion lib. 37. a quibus, condemnatus, prouocauit ad populum, ad quem Cicero habuit illam orationem, qua extat pro Rabirio perduellionis reo: ex qua oratione satis appetit, id quod diximus, Labienum contra legitimum iudiciorum morem, reduxisse Duumuiros perduellionis, qui eo modo iudicarent, quo legimus de Horatio tempore Tullij Hostilij regis factum esse iudicium. Et quoniam satis ostendimus iudicium perduellionis, uel hoc nomine longe diversum esse a iudicio maiestatis, quod apud populum non apud Praetores ageretur, nunc supereft, ut probemus Centuriatis comitijs hoc iudicium absolutum. Valerius lib. 6. cap. 5. scribit: Cum Tiberius Gracchus, & C. Claudius ob nimis leuere gestam Censuram maiorem partem ciuitatis exasperassent, diem his M. Pompilius T. pl. perduellionis ad populum dixit. Quo in iudicio primæ classis permultæ Centuriæ Claudiū aperte damnabant. Et T. Liuius de iudicio Manlii loquens: In campo Martio cum centuriatim populus citaretur. Et Cicero pro domo sua dicit, Cæsonem Quintum (sic enim legendum est, ubi male legitur Censor ille Quintius) M. Furium Camillum, & C. Seruiliū Halā a populo Centuriatis comitijs dñatos in exilium profugisse. Ex iis locis perspicuum est populū Centuriatis comitiis de pduellione iudicasse. Vnde intelligi potest, cur lib. 6. Dec. 3. & lib. 3. Dec. 5. dicat Liuius Tr. pl. Sēpronium & Rutiliū, postquam se perduellionis iudicare reis pronunciauerunt, diem comitiis a Praetore urbano petiisse. Nam cum hoc differret populus a plebe, qd in populo omnis pars ciuitatis omnesq; eius ordines cotinerentur, plebs uero ea diceretur, in qua gentes ciuium patritiæ non essent: Tr. pl. ius habebant plebis uocādæ, non etiā populi. Siquidē ut scribit ex Lælio Felice A. Gellius lib. 15. cap. 27. Tri

B

C

D

E

Funi neque aduocant patritios, neq; ad eos referre de ulla re posunt, unde sit, ut Tr. pl. ius non haberent uocandi comitia Centuriata, quæ populi uniuersi erant, non modo plebis. Quapropter petendus erat dies comitiis Ceturiatis à maiore magistratu, quæ lis erat per absentiam Consulum Prætor urbanus. Verum quid opus est illis locis ex historia conquisitis, quando legibus, ut Ceturiatis comitiis de perduellione iudicaretur, cautum fuisse ostēdi potest? Scribit enim Cicero pro Sestio: Cum & sacratis legibus, & duodecim tabulis sanctum esset, ut neque priuilegium

G, irrogari liceret, neque de capite ciuis, nisi comitiis Ceturiatis rogarri. Hæc legem duodecim tabularum Cicero 3. de Legibus, his uerbis ponit: Priuilegia ne irroganto. De capite ciuis, nisi p maximum comitiatum, ollosq; quos Censores in partibus populi locassint ne ferūto. Erat igitur legibus cautum iam inde ex quo duodecim tabulæ fuerunt, ut Centuriatis comitijs populus iudicaret. Capitis autem fuisse perduellionis iudicium, nemo ambigit. Quapropter P. Clodius cum reum perduellionis Ciceronē fecit, ob id iudicatus est non iure fecisse, quod Tributa habuit comitia de capite ciuis Rom. Quod Cicero 3. de Legibus ostēdit iis uerbis: Quo uerius in causa nostra vir magni ingenii summaq; prudētia L. Cotta dicebat, nihil omnino actum esse de nobis. Præter enim quam quod comitia illa essent armis gesta ciuiibus, præterea neque Tributa capitis comitia rata esse posse, neque ulla priuilegia. Quocirca nihil nobis opus esse lege, de quibus nihil omnino actum esset legibus. Ac de tertia quidem causa habendorum comitorum Centuriatorum hactenus: quo etiā in loco secundi capitis finem faciemus.

H

De personis quarum interuentu Centuriata comitia peragebantur. Cap. IIII.

In personis explicandis primum de ijs dicendum est, qui habendi hæc comitia ius habebant. Commune igitur erat omnibus Centuriatis siue magistratum, siue legum, siue iudiciorum comitiis, ut non possent, nisi à maioribus magistratibus haberi. Cum enim agendi cum populo ius cuiquam non esset, præterquam magistrati (nisi de sacris esset agendum, de quibus paulo post dicemus) siquidem rogare quid populum, q; suffragijs suis iubeat, aut uetet, quod est cū populo agere, ut ait Gellius lib. 13. cap. 14. nemo absq; imperio posset: minores sanes magistratus, quorum

quorum erat minora auspicia, quibusque minus erat imperii, ius A habere non poterant uocandi Centuriata comitia, quibus & auspiciis maioribus, & maximo imperio opus esset. Habere igitur Centuriata comitia poterant Consules, Praetores, Censores, Dictatores, & Interreges, quos omnes fuisse maiores magistratus constat. De Praefecto urbis postea dicemus. Ac magistratum maiorum, quos solos his comitiis creari supradicimus, comitia Consules semper ac soli habebant, nisi aut res ad Interregnū rediisset, aut Consulibus absentibus Senatui uisum esset Dictatorum comitiorum causa creandum esse. Consules à Consulibus creari tam est ex omni historia perspicuum, ut probationē subiicere sit superuacaneū. Praetores uero à Consulibus ita creari oportebat, ut à Praetoribus non possent omnino Praetores creari. Quod Cicero lib. 9. ad Att. ostendit in epist. cuius initium est, Tres epistolas: Iste omniū turpissimus, & sordidissimus, qui Consularia comitia à Praetore ait haberi posse: nā permagni eius interest rem ad Interregnū non uenire. Id assequitur si per Praetores Consules crearunt. Nos autem in libris habemus non modo Consules, sed ne Praetores quidem à Praetoribus creari ius esse: C idque factum esse nusquam. Consules eo non esse ius, quod maius imperium à minore rogari non fit ius: Praetores autem cum ita rogentur, ut collegae Consulum sint, quorum est maius imperium. Quod idem ex M. Messalae de auspiciis lib. 1. citat A. Gellius lib. 13. c. 14. Praetor et si collega consulis est, nec praetorem, neque Consulem iure rogare potest, ut quidem nos à superioribus accepimus, & ante haec tempora seruatum est, & ut in commentario 13. C. Tuditani patet: quia imperium minus Praetor, maius habet Consul: & à minore imperio maius, aut majoris collega (sic D enim locus restitui debet) rogari iure non potest. Nos his temporibus Praetores Praetore creante, veterum auctoritatem sumus secuti: neque his comitiis in auspicio fuimus. Ex iis locis apparet à Praetoribus comitia Praetorum haberri non potuisse, sed à Consulibus habebantur, ut ex perpetua Liuuii historia plenum est, & undecima epistola libri epistolarum ad Brutum dicitur scribitur. M. enim Brutus ad Ciceronem ita scribit: Statim uero redditum ad nos confirmauit, legatione suscepta, nisi Praetorum comitia habituri essent Consules. Porro autem sorte id alteri eueneriebat Consulum, ut apparet ex Liuio lib. 5. Decad. 4. Eodem fere tempore duorum Consulū literæ allatæ sunt, L. Corneli de prælio ad Mutinā cū Boiis facto, & Q. Minutii à Pisibus: comitia

Fmitia sue sortis esse: cæterum adeò suspēsa omnia. Et paulò post: Si ita uideretur patribus, mitterent ad collegam, ut is ad comitia Romam rediret: si id facere grauaretur, quod non sue sortis id negotium esset, se facturum quod Senatus censuisset. Et alio loco eiusdem libri: Consulibus ambobus Italia prouincia decreta est, ita ut inter se compararent sortientur vter comitiis eius anni præcesset. Et libro nono eiusdem Decad. Iam Consularium comitiorum appetebat tempus, quibus quia M. Aemilius, cuius sortis ea cura erat occurrere non poterat, C. Flaminius Romanum uenit. Et alio loco: Prior tamen Claudius quam Sempronius, cui sors comitia habendi obtigerat, Romanum uenit. Nisi ergo de ea re compararentur inter se Consules, sorte decernebatur uter esset comitia habiturus. Censorum uero comitia, quod Cōsules haberent, ex his locis perspicuum fiet. Scribit T. Liuius lib. 7. Dec. 1. Cæterum cum Censoribus creandis indicta comitia essent, professus se petere Césuram C. Martius Rutilus, qui prius Dictator de plebe fuerat, concordiam ordinum turbauit. Quod uidebatur quidem alieno tempore fecisse: quia ambo tum

H forte patritij Consules erant, qui rationem eius se habitatores ne gabant. Et lib. 4. Dec. 3. Decretumq̄ omnium primum, ut Consules sortientur cōpararentur inter se, uter Censoribus creandis comitia haberet. Et paulò post: Q. Fabius comitia Censoribus creandis habuit. Et lib. 7. eiusdem Decad Per eos dies & Censoribus creandis Q. Fulvius Col. comitia habuit. Et lib. 2. Decad. 4. Dum hæc in Macedonia geruntur, Consul alter Lucius Lentulus, qui Romæ substiterat, comitia Censoribus creandis habuit. Et Cicero lib. 4. ad Att. Ego me Pompeio legati ita sum

I passus, ut nulla re impeditur, quin si uellem mihi esset integrum, si comitia Censorum proximi Consules haberet, petere possem. Ex ijs locis, opinor, satis appareat Consules habere comitia censoria solitos. Nec tamen negare ausim, quin Prætori ius esset ea habendi comitia, tametsi in uniuerfa historia non reperiam aliqui id factum esse. At si non de iure queratur, sed de more, placuimus est à Consulibus haberi solita comitia censoria. Sane Censura magistratus erat tantæ auctoritatis, ut uix credam Prætoribus ius fuisse rogandi Censores. Verum ut ut res habeat,

K ex iis quæ diximus apertum est Centuriata comitia, quæ magistribus creandis habebantur, à Consulibus haberi solita: siquidem iis comitiis maiores modo magistratus siebant, qui erant Consules, Prætores, & Censores, ut supra ostendimus. Horū autem

tem comitia non alii habebant quam Consules, nisi quid extra
 ordinē accidisset, cur aut Dictator magistratus subrogaret, aut
 Interrex. Ac de Dictatore quidem habendorum comitiorū cau-
 sa supra diximus, & de Interrege. Illud modo hic adiiciemus cūm
 uel cōtentione ordinum, aut magistratuū, uel cādicatorū ambitu
 uel alia ratione p̄fici aī anni exitū comitia nouis magistratibus
 creādis nō potuissent, tū patritios cōuenir oportebat ad prodēdū
 ex suo numero Interregē, qui dies qnq̄ iperaret à quo alius dein
 de creabā, eodēq̄ modo ali⁹ atq̄ alī singulis qnq̄ diebus creabā
 tur, donec subrogati essent ab alio ex iis Consules, qui statim ini-
 zent magistratum. Illud uero animaduertendum est, quod scribit
 Asconius Pediannus pro Milone, nō fuisse moris, ut ab eo, qui
 primus Interrex apditus erat, comitia haberent. Hinc sit, ut apud
 Liuiū, quoties de Interregno mētio, est nūq̄ rep̄iatur à primo
 Interrege habita comitia, sed interdū à 2. ut lib. 9. 1. Dec. Et quia
 tñdebat populū omnīū magistratuū eius anni, res ad interregnū
 redit. Interreges Q. Fabius Maximus, M. Valerius Coruinus.
 Is Cōsules creauit. Et lib. 10. eiusdē Dec. Eo anno (nec tradit⁹ cau-
 sa) interregnū initū. Interreges fuere Ap. Claudius, dein P. Sulpi-
 tius. Is comitia Cōsularia habui.. Interdū à tertio, ut lib. 5. 1. Dec.
 Interreges tres deinceps fuere L. Valerius, Q. Seruilius Fidenas,
 M. Furius Camillus. Et alio loco eiusdē libri: Interrex creāt, M.
 Furius Camillius q P. Cornelius Scipionēsis deinde L. Valerius po-
 titū. Ab eo creati sex Tribuni militū Cōsulari potestate. Interdū à
 pluribus, ut ad undecimū ēt Interregē aliquā perūtū sit, ut scribit
 Liuius lib. 7. 1. Dec. Infestam inde patribus plebem Interreges
 cum accepissent, ad undecimum Interregem seditionibus certa-
 tum est. Centuriata igitur comitia magistratibus creandis illi ha-
 bebant, quos diximus. Legum uero ac iudiciorum, Centuriata
 comitia habere solebāt, nec omnes tamen maiores magistratus.
 Quod ex his, quæ sequuntur fiet manifestum. Primū leges Cō-
 sulares, quæ passim reperiuntur apud auctores, satis ostendū le-
 gibus ferendis Consules comitia Centuriata habere, & in iudicio
 Manlii Consules comitia habuerunt: & lex Hortensia, quam tu-
 lit Dictator Q. Hortensius, ut plebiscita omnes tenerent, & Aemilia
 quam tuliit Aemilius Mamercus, ut Censura sequia annua
 esset, & omnes Corneliae L. Syllae, argumento sunt Dictatores
 legibus ferendis comitia habuisse: Et Dictator L. Quintius, iudi-
 cium ad quod maxime creatus erat, exercebat cum Sp. Melius
 à Magistro equitum C. Seruilio Hala interfectus est. Deinde à

FPrætoribus diem comitiis Centuriatis petere Tribunos pl. ad exercendum iudicium, paulò ante citauimus: & Prætorem M. Iuuentium legem tulisse de bello Rhodiis indicendo scribit lib. 5. Dec. 5. Vt omittam, quòd si in urbe Consules non essent Prætorum, ac præsertim urbani (& si enim omnes Prætores dignitate pares essent, fuit tamen semper urbani maior auctoritas, ut & ex omni historia constat, & Plutarchus in Bruto diserte asserit) summum imperium erat. Vnde sequitur, siue legum, siue iudiciorum comitia Centuriata habenda fuissent, Prætorum fuissent cum populo agere. Nam cum in urbe erant Consules, eis primum agendi cum populo munus incumbebat: adeò ut non posset Prætor uetate Consule comitia habere. Liuius lib. 7. Dec. 3.

Cum Consul se populum rogaturum negasset, quòd suæ potestatis esset, Prætoremq[ue] uetusset rogare, Tribuni pl. rogarunt. Et Messala apud Gellium lib. 13. cap. 14. Consul ab omnibus magistratibus, & comitiatum, & concionem auocare potest: Prætor & comitiatum & concionem usquequaque auocare potest, nisi à Consule. Censores Centuriatis comitij legem tulisse nusquam legimus, & cum leges Censorias apud auctores reperimus, pro Censorum subscriptionibus, ut Cic. pro Cluentio appellat, aut locationibus Censoribus factis, ut 7. in Verrem, accipi debent. Ius tamen habuisse populi uocandi, ex iis, quæ de lustri condendi ratione suprà ex Liuio citauimus, ostendi potest. Interreges uero legum aut iudiciorum comitia habuisse nusquam legitur, nisi quòd legibus inter arma silentibus, L. Valerius Flacus de perpetua Syllæ Dictatura legem tulit, quam legem omnium legum iniquissimam dissimilimamq[ue] legis Cicero appellat tertia orat. in Rullum. Sed nec Interregibus ea comitia habere licuisse, argumento esse potest imperij breuitas, quæ promulgari perferriq[ue] leges pati non poterat: tum uero quòd in Interregno nihil prius agere cum populo licebat, quam subrogati essent magistratus ordinarij. Restat ex maioribus magistratibus equitum Magister, à quo nusquam legimus habita fuisse comitia: hac ut opinor ratione, quod Dictatorem se qui, eiq[ue] parere magistrum equitum oportet. Vbi uero maior erat potestas, uix licebat minori, cum populo agere. Ius tamen uocandi populi habuisse cum imperij magnitudo indicat, tum ex eo colligi potest, quod est apud Pomponium lege 2. de origine iuris, hoc fuisse Dictatoribus Magistros equitum, quod erant sub regibus Tribuni celerum. Ex Dionysii uero historiæ lib. 4.

consta

constat agendi cum populo ius fuisse Tribuno celerum. Vnde etiam apud Pōponium legimus lege Tribunitia reges electos, quod lege curiata à L. Bruto Tribuno celerum lata electi essent. Ex his, quæ diximus apparet ex magistratibus, quibus ius esset habendi Centuriata comitia, Consules tñ, Dictatores, & Interreges magistratibus creandis comitia habere solere, non etiā Censores, Prætores, & Magistros equitum: legum autem ac iudiciorum, Consules, Dictatores, & Prætores, nō etiam Interreges, Censores, & Magistros equitū. Ex his uero, qui magistratus nō essent, solo pōfices ius habuisse cū populo agēdi reperio: quā ob causam suprà exceptione usus sum, nisi de sacris agēdū esset. Ac de alijs quidē comitijs, quæ à pontificibus habebātur, postea dicemus: nūc de Cēturiatis agendū. Disputauimus supra de regis sacrificuli creatione, ostendimusq; Centuriatis comitiis creari solū. Cur uero credā à Pōt. max. siquidē in urbe esset: sin minus ab uno quodā pontificū, illa comitia haberī, cū ex Dionysii historia colligo, in qua de primis Consulibus ita scribitur: Cū uellent nomē regiū seruare, iussérūt Pōtificibus & Auguribus creare ex senioribus eū, qui maxime idoneus ad id sacerdotiū uidere. Tū uero hac ratione adducor, q; inter Calata comitia erāt hæc Cēturiata regis sacrorum inaugurādi causa. Calata aut comitia à pōtificibus haberī ius erat: siquidē populi calādi, hoc est uocandi, ius habebāt, ut intelligi potest ex h̄s, quæ supra ex Macrobio citauimus. Quinetiā agendi cū populo ius habuisse demonstrari potest ex eo quod apud Liuiū lib. 3. Dec. 1. legimus, Q. Furiū Pōt. max. comitia habuisse, quibus Tr. pl. creati sunt: quia postquam decemuiri se magistratu abdicassent, nulli tū essent magistratus. Neque n. id factū esset, nisi ius habuisse pōtificē agēdi cū populo. Alius est apud Liuiū locus lib. 5. Dec. 3. ubi ita scribit: Comitia inde Pōt. max. creādo sunt habita. Ea comitia nouis pōtificē M. Cornelius Cethagus habuit. Inde ego colligo Pontificibus ius fuisse agendi cum populo. Neque n. ullum magistratum eō anno gerebat Cethagus, ut ex eodem ipso Liuiō intelligi potest, & tamē comitia habuit. Sane ut cæteris in rebus summa erat potestas magistratum, ita in sacris curandis maxima erat pontificiū potestas: ideoq; de sacris cum populo agendi ius pro sua dignitate habuisse credendū est. Porro aut Pontifices comitia Cēturiata cur non possent sicut alia habere: cū æque in uniuersum populū adeoq; in magistratus, q; quidem ad sacra attinet, tñ ius esset, ut etiam multæ dicēdæ potestatē haberent; quæadmodum

Fdū apud Liuū lib. 10. Dec. 4. legitur, C. Seruilius pōt. max. mulctam dixisse Lucio Cornelio Dolabellae Duumviro nauali: & apud Valerium lib. 1. cap. 1. Metellus pont. max. Posthumio Cōfili, eidemq; flamini Martiali. Nec moueri oportet, quod exercitum imperari comitiis Centuriatis oportuit, ut ait Gellius lib. 15. cap. 17. Pontificibus autem exercitum imperandi ius non esset. Neque enim ab eo qui comitia habebat, dicit Gellius, imperari exercitum oportuisse, sed hoc tantum dicit imperari exercitum præsidij causa solitum, quoniam populus esset in suffragiis ferendis occupatus. Potuit igitur præsidij causa imperari exercitus aut à Consulibus, aut à Prætoribus, aut à Tribunis militum ut potius existimo: atque interim à Pontificibus comitia haberi. Sed ut ex Calatis comitiis nulla legimus Centuriata fuisse, præter ea quibus rex sacrorum creabatur: ita nunquam à Pontificibus habita fuisse, Centuriata comitia, nisi regis sacrorum in augurādi causa concludendum est. Ac de personis quidem, quibus ius erat habendi comitia Centuriata, hactenus dictū sit. Deinceps sequitur, ut de iis dicamus qui comitiis Centuriatis suffragiū ferrebāt. Diximus suprà Centuriata comitia esse appellata à Centuriis Classium, in quas uniuersus populus R. O. descriptus erat. Vnde effici uidetur, omnes qui in Centurias relati essent, ius habuisse suffragiū ferendi. Ego uero existimo ipsas quidem Centurias omnes suffragii ius habuisse, non tamen omnes ciues qui singulis Centuriis continerentur. Quos enim Censores ignominiae causa in Cæritum tabulas referebant, eos priuabant iure suffragij, ut scribit A. Gellius lib. 16. c. 13. his uerbis: Primos municipes sine suffragiū iure Cærites esse factos accepimus concessūq; illis, ut ciuitatis Romanæ honorē quidē caperent, sed negotiis tamē atq; oneribus uacarēt: pro sacris bello Gallico receptis custoditisq;. Hinc tabulæ Cærites appellatae, uersa vice, in quas referri uibebant quos notæ causa suffragiis priuabant. Atqui adhuc illi ciues erant: quoniamq; ærarii fiebant, necesse erat, ut adhuc in tabulis Censorum essent, in quibus quo quisque censu esset, continebatur. Quare in cuiusdam classis aliquam Centuriam relatos esse oportebat: id quod aperte demonstrat Asconius in Diuinat. Qui plebeius erat in Cæritum tabulas referebatur, & ærius fiebat: ac per hoc non erat in albo Centuriæ suæ: scilicet ad hoc, ut ciuis esset, sed tantummodo ut pro capite suo tributi nomine æra penderet. Si igitur aliis quidem in rebus ciues erant, quos Censores in Cæritum tabulas retulissent: ut uel hinc demonstrari

Gferendis occupatus. Potuit igitur præsidij causa imperari exercitus aut à Consulibus, aut à Prætoribus, aut à Tribunis militum ut potius existimo: atque interim à Pontificibus comitia haberi. Sed ut ex Calatis comitiis nulla legimus Centuriata fuisse, præter ea quibus rex sacrorum creabatur: ita nunquam à Pontificibus habita fuisse, Centuriata comitia, nisi regis sacrorum in augurādi causa concludendum est. Ac de personis quidem, quibus ius erat habendi comitia Centuriata, hactenus dictū sit. Deinceps

Hsequitur, ut de iis dicamus qui comitiis Centuriatis suffragiū ferrebāt. Diximus suprà Centuriata comitia esse appellata à Centuriis Classium, in quas uniuersus populus R. O. descriptus erat. Vnde effici uidetur, omnes qui in Centurias relati essent, ius habuisse suffragiū ferendi. Ego uero existimo ipsas quidem Centurias omnes suffragii ius habuisse, non tamen omnes ciues qui singulis Centuriis continerentur. Quos enim Censores ignominiae causa in Cæritum tabulas referebant, eos priuabant iure suffragij, ut scribit A. Gellius lib. 16. c. 13. his uerbis: Primos municipes sine suffragiū iure Cærites esse factos accepimus concessūq; illis, ut ciuitatis Romanæ honorē quidē caperent, sed negotiis tamē atq; oneribus uacarēt: pro sacris bello Gallico receptis custoditisq;. Hinc tabulæ Cærites appellatae, uersa vice, in quas referri uibebant quos notæ causa suffragiis priuabant. Atqui adhuc illi ciues erant: quoniamq; ærarii fiebant, necesse erat, ut adhuc in tabulis Censorum essent, in quibus quo quisque censu esset, continebatur. Quare in cuiusdam classis aliquam Centuriam relatos esse oportebat: id quod aperte demonstrat Asconius in Diuinat. Qui plebeius erat in Cæritum tabulas referebatur, & ærius fiebat: ac per hoc non erat in albo Centuriæ suæ: scilicet ad hoc, ut ciuis esset, sed tantummodo ut pro capite suo tributi nomine æra penderet. Si igitur aliis quidem in rebus ciues erant, quos Censores in Cæritum tabulas retulissent: ut uel hinc demonstrari

Kdestrari

strari potest, quod adeptam semel ciuitatem nemo iniuitus amittere queat, quandoquidem nec populo quidem iubente adimis posset, ut Cicero pro Cecinna ostendit, tantum abest, ut à Censoribus adimi posset: iure autem suffragii priuati erant efficiuntur non omnes quos Censores in Centurias retulissent, ius habuisse ferendi suffragii. Vnde sit, ut uere dici non possit, omnes ciues Romanos aut omnem populum Ro. comitiis adesse ad suffragium ferendum potuisse nisi cum exceptione intelligatur de omnibus ciuibus quibus erat data ciuitas cum suffragio, nec postea aut adempta, aut ex hac parte diminuta: qui profecto soli erant uere, & omni ex parte ciues Romani. Quod ut aperi-
 tius intelligatur ex antiquitatis obseruatione, pauca subiicemus
 de iure ciuitatis Romanæ. Sicut externæ gentes in Romani populi amicitiam aut ditionem admissæ varii generis ac conditionis erant, ut aliae liberæ, aliae foederatæ, aliae stipendiariæ, aliae Latianæ fuisse reperiantur, queamadmodum recte docet Budæus in posterioribus Annotat. in Pandectas, & Alciatus primo Parer. cap. 14. ita varij generis fuisse ciues Romanos reperio, ut alii essent coloni, alii municipes, alii ex præfectura aliqua, alii ciues modo Romani. Nam qui ex nullo municipio, ex nulla colonia præfecturave Romanorum erant, sed uel in urbe agrove urbano nati, uel ex seruis & illis gentibus exterritis libertate, uel speciali priuilegio ciuitate donati, quartum quoddam genus ciuium constituebant. Ut uero quid essent municipes, quid coloni intelligatur, uerba A. Gellii citabo ex lib. 16. c. 13. Municipes sunt ciues Romani ex municipiis suo iure, & legibus utentes: muneris tamen cum pop. Ro. honorarii participes, à quo munere capessendo appellati uidentur: nullis aliis necessitatibus, neque ulla populi Romani lege adstricti, cum nunquam populus eorum fundus factus esset. Sed coloniarum alia necessitudo est. Nō enim ueniunt extrinsecus in ciuitatem, nec suis radicibus nituntur, sed ex ciuitate quasi propagatae sunt: & iura institutaq; omnia populi Ro. nō sui arbitrii habet. Erant autem & alii ciues ex præfecturis Italie, quorum discrimen a reliquis intelligitur, si explicauerimus quid essent præfecturæ. Erant igitur præfecturæ oppida Italie, in quibus qui habitabant nec suis legibus, ut municipes uiuebant, nec ullos de suo corpore magistratus creare poterant sicut coloni, sed à magistratibus Roma missis regebantur iis legibus, quas Romanus magistratus dixisset: q; quoniam præfector uocabatur, idcirco præfecturæ appellabant.

Huius

C Huius generis erat Capua ante coloniam eō à Cæsare Consule missam, ut constat ex sec. orat. in Rulli, & ex T. Liuī lib. 5. Dec. 3. ubi ita de Capua scribitur. De urbe agroq[ue] rei quia consulta-
tio fuit: quibusdam delendam censentibus urbem præualidam
propinquam inimicam. Cæterum præsens utilitas uicit. Nam
propter agrum, quem omni fertilitate terræ satis constabat pri-
mum in Italia esse, urbs seruata est, ut esset aliqua aratorum se-
des. Vrbi frequentandæ multitudine incolarum libertinorumq[ue], &
institutorum opificumq[ue] retenta. Ager omnis & recta publica po-

G puli R.o facta. Cæterum habitari tantum tanquam urbem, Ca-
puam, frequentariq[ue] placuit: nullum corpus ciuitatis, nec Sena-
tus, nec plebis concilium, nec magistratus esse. Sine consilio pu-
blico, sine imperio, multitudinem nullius rei inter se sociam ad
consensum inhabilem fore. Præfectum ad iura reddenda, Roma
quotannis missuros. Quibus igitur oppidis Italæ huius generis
præfecti Roma missi ius reddebant, præfecturæ dicebant. Quā
quam autē omnes, illi, quos quatuor generibus comprehendim-
us, ciues Romani essent, nō erāt tamen omnes eadē conditio-

H ne. Cum enim ius ciuitatis non una quadam in re confisteret, sed
multis ac diuersis uelut prærogatiis constaret, nō omnibus om-
nia iura concedebantur: unde efficiebantur variæ conditionis ci-
ues Romani. Ac primum quidem ciuibus R.o ius erat per leges
Porciam & Semproniam, ut nec uirgis cædi, nec uinculis coer-
ceri, nec omnino capite plectri, nisi populi ipsius iudicio, possent:
de iis qui ciues nō essent, nil horū cautum erat, poterantq[ue] à ma-
gistratibus peregrini non cōsulto populo seruili supplicio affici.

I Alterum ius erat ciuiū R.o, ut soli testamento ciuis Romani hæ-
reditatē capere possent. Neḡ enim ullus peregrinus poterat hæ-
reditatem adire ciuis R.o. Quod Cicero ostendit pro Archia
poeta, ubi probat Archiā se pro ciue gessisse, hoc argumento, q[ue]
ſæpe adiisset hæreditates ciuiū R.o. Et p[ro] Cecinna Ebutius Cecin-
næ aduersarius, negat posse hæredē Celsenniæ esse Cecinā, q[ue] ciui-
tas Volateranis adempta esset à L. Sylla, ideoq[ue] ciuis R.o. nō es-
set Cecinna. Solis etiā ciuibus R.o ius fuisse reperio, testamentū
iure Quiritiū facere. Quod Cicero demōstrat, cū pro argumēto

K accipit Archiam se pro ciue gessisse, quia ſæpe testamenta legi-
bus Romanis fecisset. Erat & ius connubiorum ciuibus R.o. p[ro]-
prium: quia tantū ciues cū ciuibus matrimonium contrahere po-
terat, adeo ut si aut pater aut mater peregrini essent, non legitime
essent nuptiæ. Militare etiam in legione Romana, nō alius q[ue] ci-
uibus

vibus licebat: ideoq; soli ciues ad æxarium in beneficiis deferri ab imperatoribus, & beneficiarii milites fieri poterant. Nam hoe fuisse proprium ciuium Ro. eodem illo loco Cicero pro Archia ostendit. Horum beneficiorum meminit etiam in epistola 20.lib. 6.Ep. Fam. Tum liberos in potestate habere proprium erat ius Quiritium, ut ait Iustinianus primo Inst. tit. De patria potest. Ius etiam alienandi per nexum, proprium fuisse ciuium Ro. cum ex eo intelligi potest, q; omnes inter quos huius iuris solennitas traxi segebatur, ciues esse oportebat, ut ait Boetius in cōment. Topi-
Bcorum, tum uero ex oratione Ciceronis pro Cecinna: ubi in-
ter iura ciuiū Ro. enumerat n̄cxa atque hæreditates. Erat etiam
ius suffragii quod eō pertinebat, ut in comitiis suffragium ferre
possent ciues Ro. iisdēq; suffragiis ad magistratus publicasq; ce-
teras administrationes ac dignitates peruenire. Erant postremo
ius adoptionum, gentilitatis, togæ, ferendæ, & ut semel omnia
complectar, omnium legum Romanarum beneficio, uti quod
beneficium in eos modo conferebatur. qui ciuitate donabantur
Hæc uero tam multa, & tam uaria ciuitatis Romanæ iura non
omnibus ciuibus omnia concedebātur. Multis enim reperimus
datam fuisse ciuitatem absq; suffragio: ut apud T. Luium lib. 8.
Dec. 1. Campanis equitibus honoris causa, quia cum Latinis re-
bellare noluerint, Fundanisq; & Formianis, q; per fines eorū tu-
ta pacataq; fuisse uia, ciuitas sine suffragio data. Et paulo post:
Romani sancti Acerrani lege à L. Papyrio Prætore lata, qua ci-
uitas sine suffragio data. Et libro decimo eiusdem Dec. Anagni-
nis, quiq; arma Romanis intulerant, ciuitas sine suffragii latione
data. Et lib. 8. Dec. 4. De Formianis Fundanisq; municipibus, &
Arpinatib; C. Valerius Tappo Trib. pl. promulgavit uti iis suf-
fragii latio(nā) ante sine suffragio habuerant ciuitatem) esset. Nec
dici potest id modo ita fuisse superioribus illis temporibus, qui
bus adhuc pauca Italæ oppida recepta erant in ciuitatem: sed et
ætate Ciceronis, qua omnes Latini & socii Italæ ciuitate donati
erant, ut ipse ait in oratione pro Balbo, non erant omnes ciues ea
dem conditione. Locus enim est apud Ciceronem pro Cecinna,
ubi ita scribit: Sylla ipse ita tulit de ciuitate, ut non sustulerit ho-
rum nexa atq; hæreditates. Iubet enim eodē iure esse quo fuerint
Ariminenses, quos quis ignorat duodecim coloniarum fuisse, &
à populo Romano hæreditates capere potuisse! Ex eo loco col-
ligo, cum Sylla Dictator leges tulit de adimenda ciuitate Vol-
terrana, fuisse duodecim colonias, quæ non pleno iure ciuitatem
C
D
E

F Romanam haberent. Ex quo efficitur defuisse iis ius suffragij: nā quibus ius etiam suffragij datū erat, pleno iure ciues Rom. erant. Atqui multis annis Dictator fuit Sylla, post legem Iuliam à L. Iulio Cæsare Consule tempore belli socialis latam, qua sociis Italī & Latinis data est ciuitas. Erant igitur etiam aetate Ciceronis aliqui ciues R.o. qui tamen ius suffragij non haberent. Quare exceptio ue utendum esse recte supra diximus, omnes ciues Romanos, si modo pleno iure ciues essent, ius habuisse ferendi suffragij comitiis Centuriatis. In hoc porro numero q̄ cōprehenderentur municipia, coloniae, & praefecturæ Italiae, Cicero aperte ostendit in oratione post redditum ad Quirites, ubi de comitiis Centuriatis, quibus ab exilio reuocatus est, loquens, ita scribit: Nullus in eorum redditu motus municipiorum & coloniarum factus: at me in patriam ter suis decretis Italia cuncta reuocauit. Et pro Sestio: Nullum erat Italiae municipium, nulla colonia, nulla praefectura: nulla Romæ societas, nullum collegiū aut cōciliū, aut omnino aliquod cōmune consilium, quod tum non honorifice, tissime de mea salute decreuisset. Quod idem ex multis aliis eius locis pro Muræna, pro Sylla, & pro Pläcio, intelligi potest. Atq̄ illa quidem sufficient de personis ius habētibus ferendi suffragii comitiis Centuriatis: nunc reliquas personas perseguat, quæ omnibus comitiis Centuriatis adesse reperiuntur: tum de iis agemus, si quæ sunt quæ proprie comitiis magistratum, legum, & iudiciorum conueniunt. In omnibus igitur Centuriatis comitiis reperio suisse diribitores, rogatores, custodes & præcones. Erant aut Diribitores, qui tabellas populo per Centurias ministrabat: Rogatores qui cistam deferebat, in quā tabellas suffragij populus coniiciebat: Custodes, qui præter id quod obseruabant, ne quid fraudis committeretur in sortitionibus & suffragiis dicendis, describebant etiam cuiusque Centuriæ educta ē cista suffragia, ut inde appareret quæ esset illius Centuriæ sententia: quam sententiam tum præcones magna uoce pronunciabant. Ac fuisse quidem in comitiis, qui tabellas populo darent, non autem ipsum populum domo adferre ad comitia solitum, ex Cicerone intelligi potest, apud quem lib. 1. ad Atticum in epist. cuius initium est, Vereor ne putidum, ita scribitur: Piso autem Cos. laitor rogationis, idem erat dissuasor: operæ Clodianæ pontes occuparant: tabellæ ministrabantur: ita ut nulla daretur uti rogas: Ex his uerbis satis appareat fuisse quosdā, qui tabellas populo ministrarent. Ex tamē apud Suetoniu in Cæsare locus ubi ait: Re-

*diribitores
rogatores
custodes*

K perta

perta sunt proximis comitiis plura suffragia Consules declarantur
 Cæsetium & Marullum, quos Cæsar Tribunatu removet.
 Ex quo loco intelligi potest, quosdam interdum alias tabelas in cistam coniicere solitos, quamquam quæ ministrabatur: quas ne
 cesse erat domo secum adferre. Verum id in Cæsaris inuidiam
 factum constat. Et ut earum tabellarum ratio non habebatur, ita
 raro eveniebat. Hi diribitores à diribendis, hoc est distribuen-
 dis tabellis, diribitores appellabantur. Vnde etiam in iudiciis re-
 perimus diribitas tabellas, cum singulis iudicibus datæ erant ta-
 bellæ. Ut in Pisonem: An ego expectem, dum de te quinque &
 septuaginta tabellæ diribeantur? Et lib. 3. Epistolarū ad Q. Fra-
 trem in epistola cuius initium est, Gabinius: Cato diribitis tabel-
 lis de circulo se subduxit. Qui igitur populo tabellas diribebant
 in comitiis, diribitores appellabantur. Horum meminit Cicero
 post redditum in Senatu. Quando illa dignitate rogatores, diri-
 bitores, custodesq; uidisti? Et in Pisonem, distributores uocat
 quos illic diribitores. Hoc certe video quod indicant tabulæ
 publicæ, uos rogatores, uos distributores, uos custodes fuisse. Il-
 lud etiam apud eum in oratione pro Plancio scribitur: Nam si
 quotiescumque præteritus erit is qui non debuerit præteriri, to-
 ties odortebit euu qui factus erit condemnari, nil iam est quod
 populo supplicetur, nihil quod diribitio (sic enim legi debet,
 non direptio) nihil quod supplicatio magistratum, renunciatio
 suffragiorum expectetur. Porro fuisse præter eum qui habebat
 comitia alios rogatores, qui id agerent quod diximus, cum ex
 iis locis, quos modo citauimus ex orationibus post redditum in
 Senatu & in Pisonem intelligi potest: siquidem præter Pub. Lé-
 tulum, à quo habebantur comitia, fuisse alios rogatores ex Sena-
 tu principes uiros, diserte scribitur: tum uero ex secundo de Di-
 uinatione, ubi Cicero ita scribit: At aruspices diuini, quos cum
 Tib. Gracchus propter mortem repentinam eius, qui in præro-
 gatiua referenda subito concidisset, in Senatum introduxisset, nō
 iustum rogatorem comitiorum fuisse dixerunt. Primum uide
 ne in eum dixerint qui rogator Centuriæ fuisse: is enim erat
 mortuus. Ex eo loco planum est præter Tib. Gracchum, à quo
 illa comitia habebantur, fuisse & alium quendam Centuriæ roga-
 torem, quem primum rogatorum appellat secundo de Nat. deor.
 Ac si tempus inspicias quo illud factum est, uidebis multo tem-
 pore id fuisse, antequam tabellas suffragium ferri à populo cœ-
 ptum esset: quo tempore diribitoribus non opus erat, sed eo solū

F qui rogaret suæ Cœturiæ sententias, quas postea referret. De hoc rogatore intelligi debet locus Ciceronis libro secundo de Orat. ubi ait: Ex eodem hoc uestus illud est, quod aiunt Maluginësem illum M. Scipionem cum ex Centuria sua renunciaret Acidinū Consulem. Qui igitur colligebant centuriatim suffragia prius uoce, postea tabellis, ii rogatores appellabantur. Qui uero habebat comitia, uniuersum populum rogabat antequam in suffragiū mitteret, & rogator comitiorum dicebatur. Custodes uero co munere fungi solitos quod diximus, & fuisse à diribitoribus ro gatoribusq; diuersos, ex iisdem locis quos citauimus, demō strari potest: & ipsius uerbi uis ostendit eo custodes appellatos, q; in comitiis uelut obseruatores adhiberentur, ne quid fraudis ad mitteretur. Cuius rei exemplum extat apud Plutarchum in uita Catonis Uticensis, ubi ait Catonem in petitione Aedilitatis M. Fauonii cum adesset comitiis animaduertisse tabellas omnes, q; ministraban̄ populo, una manu esse scriptas: ex quo fraudē intellexit ad deiiciendū Fauonium factam, ideoq; Tribunos appellasse, à quibus dirempta sunt comitia. Et Cicero secunda oratione in Rullum: Quis tribus quas uoluit uocauit, nullo custode sortitus? Ex quo loco intelligitur id quoque in munere custodum fuisse, ut uiderent ne quid magistratus etiam ipsi in sortiendo fraudis admitterent. Erat uero, & hoc præterea munus custodū ut post lata suffragia, in quibusdam tabulis, numerū sententiarū punctis notarent: id quod ego Cicerone auctore affirmo. Scribit enim post redditum in Senatu, de Pisone loquens: Tu misericors me affinem tuum, quem comitiis prærogatiuæ primum custodem præfeceras, quem Calend. Ian. tertio loco sententiam

I rogaras, constrictum inimicis Reipub. tradidisti: Et in Pisō nem: Erat non solum domus mea, sed totum palatium Senatu, equitibus Romanis, ciuitate omni, Italia cuncta refertum: cum tu non modo ad eum Ciceronem (mitto enim domestica quæ negari non possunt, hæc commemoro quæ sunt palam) nō modò inquam, ad eum cui primam comitiis tuis dederas tabu lam prærogatiuæ, quem in Senatu sententiam rogabas tertium, nunquam aspirasti: sed oībus consiliis, quæ ad me oppugnādum parabantur, non interfueris solum, sed etiam crudelissime præfueris. Ex horum locorum collatione hoc primnm intelligi potest, quem uno loco appellavit primum custodem prærogatiuæ, alio loco interpretari eū cui prima data esse tabula prærogatiuæ. Tū illud inde appetat tabulam hanc à Pisone candidato Ciceroni datam

*tabula pœna
rogatiuæ*

K

A

datam fuisse. Vnde perspicuum est non posse illo loco intelligi tabulam suffragii, quam in eistam coniceret Cicero. Nam præter id quod diribitorum erat tabellas ministrare, non candidatorum, quomodo potuit Piso scire Ciceronem in prærogatiua Centuria suffragiū diciturum? præsertim cū sorte fieret prærogatiua, nec posset nisi in una quadam sua Centuria quisquam suffragium ferre. Quam ergo tabulam Ciceroni Piso dederat, ea ad aliū usum data erat: nempe ut in ea colligeret quot sententias à prærogatiua Consul renunciatus esset. Et quoniam tantum intererat à prærogatiua renunciari, ut fere semper prærogatiua reliquæ Centuriæ sequerentur: idcirco ut ne hic fraus ulla fieret, solebant candidati custodem præficere suum quendam amicum & virum grauem. Nam cur aliis candidatis non liceret idem facere quod Pisoni licuit, nulla ratio adferri potest. Itaque existimo à singulis candidatis dari solitas singulas tabulas quibusdā suis amicis: qui notarent in sua quiske tabula numerum suffragiorum quibus sui candidati creati essent. Numerus autem ille punctis notabatur: unde fit, ut reperiamus sœpe apud Ciceronem puncta pro suffragiis: ut pro Plancio: An, inquit, unā fieri potuerunt, si unā tribus non tulissent: cum nonnullas punctis pene totidem? Et paulo post: Nam quod questus es plures te testes habere de Volitinia, quām quot in ea tribu puncta tuleris. Et pro Muræna: Admonitus re ipsa recordor quantum hæc quæstiones in Senatu habitæ punctorum nobis Serui detraxerint. Et apud Asconium in orat. pro Scauro: Scaurus absolutus est, sed ita, ut à tribus tribubus damnaretur, à 32. absoluaretur, & in eis pauca puncta inter damnationem, & absolutionem interessent. Ut uero prærogatiue Centuriæ præficiabantur à candidato primus custos, ita aliis Centuriis alii præficiabantur custodes. Quod uel ex ipsis illis uerbis intelligi potest. Neque enim Cicerò primum custodem, primam tabulam diceret, nisi alii quoque custodes, alij tabulæ fuissent. Et quanquam in comitiis legum custodes erant, sicut in comitiis magistratum, ut ex eo apparet quod comitia illa in quibus Cicero ait Senatores fuisse rogatores, diribitores & custodes, habebantur ad legem de reditu eius ferendam: attamen hoc diuersum fuisse existimo, quod in comitiis legum, in una Centuria duo modò custodes esse possent: quorum unus notaret quot suffragiis lex antiquaretur, alter quot iuberent: nisi ab uno custode utrumque fieri dicamus. Quod tamen, ut se fucus existimem facit, quod si uni custodi tabulæ committentur,

D 3 Centuriæ

B

C

D

E

F committerentur, facile ei fuisset ementiri numerum suffragiorū, ut qui solus ea numeraret, si in alterutram potius partem inclinalset. Ut omittam verisimilius esse, sicut in comitiis magistratuū uni custodi una tabula dabatur, in qua unius nominis suffragia colligeret, non autem in unam tabulam omnium candidatorum suffragia coniiceret: ita in comitiis legum dari solitam cuique custodi unam tabulam, in quam alterius modo partis suffragia col ligeret. At in comitiis magistratum unius Centuriæ suffragiis describendis tot custodes erant quot candidati, quemadmodum supra demonstrauimus. Postremò illud considerandum est, qđ Cicero in Pisonem ita scribit: Hoc certè video, quod indicant tabulæ publicæ, uos rogatores, uos distributores, uos custodes fuī se tabularum: & quod in honoribus uestrorum propinquorum non facitis, uel ætatis excusatione, uel honoris, id in salute mea nullo rogante uos uestra sponte fecistis. Ex eo enim loco intel ligitur non fuisse id perpetuum, ut Senatores primarii in comitiis rogatorum, diribitorum, & custodum munere fungerentur: sed si quando uellent comitia omni modo fraude carere, sed

G etiam suo ministerio cohonestari, uel quia res magna ageretur, uel quia id honori alicuius tribuerent. Cum autem ætatis & honoris excusationem allegari dicit, significat iuuenum fere hæc munera eorumq; qui adhuc honoribus functi non erant fuisse. Ac magistratum quidem comitiis custodes ab ipsis candidatis præficiebātur, ut ex iis quæ supra diximus apparet. Rogatores uero ante tabellas quidem populo datas, ex ipsis desumebantur Centuriis aliqui uiri graues, non ab ipsis candidatis præficiabantur. Nam ex eo loco secundi de oratore, quem citauit apparet M. Scipionē, qui rogator erat iis comitiis, quibus L. Manlius Acidinus designatus est Consul, fuisse ex illa ipsa Centuria cuius sententiam renunciabat. Scribit enim Cicero: Cum ex centuria sua renunciaret Acidinum Consulem: At post tabellarias leges las tas, rogati opinor ab eo qui comitia habiturus erat, operam suā publice in ea re præstabant ii homines, quos bona fide suffragia collecturos, existimasset: uel sua sponte id honori amicorum tribuebant aliqui uiri graues. Quod idem ut de diribitoribus sentiat, eō adducor, quod non quemadmodum præconum erat or do quidam ac uelut collegium sodolitasve, quibus hoc erat munus proprium, ut præconinm facerent, ita diribitorum ordo, cui hoc modo incumberet, ut tabellas populo diriberent: sed ipsi interdum Senatores hoc munus suscipiebant, ut ex iis quæ diximus

mus planum est. Quod uero ait Cicero, sua sponte nullo rogan-
 te Senatores id suscepisse, argumento est liberum uolontarium q̄
 id munus non certum ac necessarium quibusdam hominibus
 fuisse. Quod tamen postea uidetur ab Augusto certis quib[us]dā
 hominibus ex equestri ordine attributum. Sribit enim Plinius
 lib. 33. cap. 2. de decuriis eqitum ab Augusto institutis: Decuriæ
 quoque ipsæ pluribus discrete nominibus fuere, Tribunorum
 æris, & selectorum, & iudicium: præter hos etiamnum nongen
 ti uocabantur ex omnibus selecti ad custodiendas cistas suffra-
 giorum in comitiis. Tum uero ex iisdem illis Ciceronis uerbis
 colligo non sorti id relatum fuisse, ut quibus sorte obtigisset, hi
 operam suam in ea re præstarent, sed uoluntati relatum fuisse: B
 ita ut existimem omnibus comitiis rogatores & diribitores fuiss-
 se, quos ipsi magistratus ac potissimum qui erat habiturus co-
 mitia, sibi notos homines ex omnibus ordinibus, sed maxime
 ex Senatu desumptos, rogasset ad id munus centuriatim fungen-
 dum, nisi si quando id honori alicuius tribuissent principes Sena-
 tus uiri, ut peragere ista uellent: sicut factum ait Cicero iis comi-
 tiis, quibus lex de eius reditu lata est. De custodibus uero, qui in
 comitiis legum essent, idem quod de rogatoribus & diribitori-
 bus fieri sentio: ut nisi sua sponte uiri aliqui grauitate insignes id
 muneris suscepissent, rogarentur ab eo qui haberet comitia, aut
 alio magistratu, qui ut lex acciperet uel antiquaretur labora-
 ret, qui custodes in iis comitiis essent. In iis ego fortasse falli pos-
 sem, sed tamen uel coniecturis uti malo, q̄ nō attingere id quod
 requiri à me posse: ut alios excitem ad inquirendam certioribus
 argumentis ueritatem. Præcones restant, quos perspicuum est
 Romæ certos quosdam homines fuisse, qui faciendo præconio
 quæstum facerent. Hos ego comitiis reperio adfuisse, primium
 ut classes uocarēt. Sribit enim Dionysius libro decimo: Postq̄
 dies comitorum uenit, & præco primam classem uocauit. Dein-
 de post descripta singularum Centuriarum suffragia, ut magna
 uoce pronunciarent quæ esset illarum sententia. Cicero lib. 7. in
 Verr. Tu cū Prætor renunciatus es quoquomodo (mitto enim
 & prætero quid tum actum sit) sed cum esses renunciatus, ut di-
 xi, non ipsa præconis uoce excitatus es, qui te toties seniorum
 iuniorum q̄ Centuriis illo honore affici pronunciauit. Et in sec. E
 orat. in Rull. Itaq; me non extremæ tribus suffragiorum, sed pri-
 mi illi uesti concursus, neque singulæ uoces præconum, sed una
 uoce uniuersus populus Ro. Consulem declaranit. Et pro Milo-
 D 4 nes

F lone: Meminit etiam sibi uocem præconis modo defuisse, quam minime desiderarit: populi uero cunctis suffragiis, quod unum cupierit, se Consulem declaratum. Et apud A. Gellium libro 12. cap. 8. de censura Aemiliij Lepidi, & Fuluii Flacci ita scribitur: Postea populus Rom. eos simul Censores facit. Atque illi ubi uoce præconis renunciati sunt, ibidem in campo nondum dimissa concione, ultro uterque, & pari uoluntate coniuncti complexi sunt. Ex quo A. Gellij loco, & superioro Ciceronis ex Orat. pro Milone, concludi potest non modo

G singularum Centuriarum, ut quæque suffragium dixisset, sententiam à præconibus pronunciari solitam, quemadmodum ex superioribus locis intelligitur, sed etiam post lata omnia suffragia, rursum quid populus uniuersus iussisset, uoce præconis declarati. Sequitur nunc, ut de personis agamus quæ magistratum modò comitiis conueniunt, non etiam legum ac iudiciorum. Id quod ad candidatos pertinet. Erant autem candidati, qui magistratum aliquem petebant: sic dicti à toga candida, quam gestabant qui se magistratum petere profi essent. Cuius rei si probatio requiratur, extat apud Valerium Maximum libro quarto cap. 5. ubi mentio fit de Cn. Scipione Africani superioris filio, & Cicero scriba competitoribus Præturæ. Cæterum crimen eius in suam laudem Cicerius conuertit. Nam ut uidit omnibus se centuriis Scipioni anteferri, templo descendit, abiectaq; candida toga competitoris sui suffragatorem agere coepit. Et Plinius libro 7. cap. 34. Scipio Naflca in toga candida bis repulsa notatus à populo. Et T. Liuis lib. 7. Decad. 3. de M. Liuio Salinatore ita scribit. Vnus eam rem in ciuitate, is cui deferebatur honos, abnuebat: levitatem ciuitatis accusans. Sordidati rei non misertos, candidam togam inuito offerre. Ex lib. 7. Dec. 4. de Catone Censuram petente scribit: M. Cato ante alios testes conspiciebatur: cuius auctoritatem perpetuo tenore uitæ partam, toga candida eleuabat. Et libro nono eiusdem Dec. Q. Fulvius Flaccus quia Aedilis Curulis designatus erat sine toga candida, sed maxima omnium contentione petebat. Ex iis opinor locis satis appetit inde appellatos candidatos, qui magistratos ambibant, quod cædiam togam indui peterent. Verum ex eo Liui loco, quem postremum citaui, appetit inde excipi eos qui iam designati essent: qui si alium magistratum peterent, sine toga candida ptebant. Est autem & illud obseruandum quod scribit Plutarchus

Candidati.

H ~~competitorum suffragatoe compititoris~~ Et lib. 7. Decad. 3. de M. Liuio Salinatore ita scribit. Vnus eam rem in ciuitate, is cui deferebatur honos, abnuebat: levitatem ciuitatis accusans. Sordidati rei non misertos, candidam togam inuito offerre. Ex lib. 7. Dec. 4. de Catone Censuram petente scribit: M. Cato ante alios testes conspiciebatur: cuius auctoritatem perpetuo tenore uitæ partam, toga candida eleuabat. Et libro nono eiusdem Dec. Q. Fulvius Flaccus quia Aedilis Curulis designatus erat sine toga candida, sed maxima omnium contentione petebat. Ex iis opinor locis satis appetit inde appellatos candidatos, qui magistratos ambibant, quod cædiam togam indui peterent. Verum ex eo Liui loco, quem postremum citaui, appetit inde excipi eos qui iam designati essent: qui si alium magistratum peterent, sine toga candida ptebant. Est autem & illud obseruandum quod scribit Plutarchus

I in

K

in vita Coriolani, & in Probl. Catonem scriptum reliquisse, suis
 se in more ut candidati sine tunica uenirent ad supplicandum po-
 pulo, illa sola toga cādida, eaq̄ recincta, induiti. Cuius rei Plutar-
 has dicit suisse causas. Vel ne in sinu gestarent numos quos po-
 pulo diuiderent, itaq̄ per corruptionem magistratum assequerē-
 tur: uel ut potius, ut dignos magistratu non genere, nō opibus,
 non gloria, sed uulneribus & cicatricibus populus iudicaret: que
 ut ab iis conspicerentur quos ambiendo prensabant, sine tunica
 ad petendum descendebant: uel ut perinde hm̄i nuditate suppli-
 cū habitū ostenderent, atq̄ se prensando, rogādo, salutādo popu-
 lo summittebāt. Ex quibus verbis intelligimus candidas illas to-
 gas à candidatis ita gestari solitas, ut populo conspicua esse pos-
 sent partium corporis uulnera, cicatricesve. Nec moueri eo debe-
 mus, quod est apud T. Liuium lib. 4. 1. Deca. à Tr. pl. legem esse
 perlata, ne cui album inuestimentum (sic enim legendum esse
 ex manu scriptis codicibus affirmat Beatus Rhenanus) addere
 petitionis causa liceret. Hac enim lege aliud nihil cautum suisse
 intelligo, quām ne liceret cum toga candida aliam uestem indu-
 re: ad uitandam scilicet omnem ex geminis uestibus suspicionē
 ambitus Neq; enim hac lege uetari existimo, ut candidati togā
 albam non induerent, sed ne inuestire albam uestem liceret, hoc
 est, supra alias uestes candidum indumentum adiicere. Atque
 ita lex hæc iubere id uidebitur, quod nos ex Plutarcho citauis-
 mus: ut scilicet candidati unicam ac simplicem togam candidā,
 cum ad supplicandum populo uenirent, induerent. Aut si hac le-
 ge prohibitum esse uelimus, ne omnino ullam uestem cādidi-
 induerēt petitionis causa, postea aut abrogatam suisse eam legē,
 aut neglectam à candidatis exoleuisse, nobis dicendum erit. Hi
 candidati suam quidem petitionem, uel biennio ante incipiebāt
 quām magistratum inire possent: ut appareat ex eo capite legis
 Tulliae à Cicerone Consule lat̄e, quod citatur in orat. pro Sestio
 & in Vatinium: quo capite uetabatur ne gladiatores eo biennio,
 quos quis petierit aut petiturus sit, dare liceret: tum uero in 1. e-
 pist. ad Att. Cicero ostendit se petere Cōsulatum incepisse iis co-
 mitijs, quibus non ipsi suive competitores designandi essent, sed
 alii qui essent magistratus proximo anno, quo sua haberētur co-
 mitia. Vnde appetat inter initium petitionis & designationem,
 unum modo annum interiectum suisse: sed quia in alios Cōsules
 petitionis principiū, in alios designatione incurreret, propterea bi-
 annum dici. Nam & ex oratione 2. in Rullum, intelligimus lege-

A candidati suam
 tunica, & cum
 toga cādida

B Linius Longus de ple-
 catibus

C

D

E

Fid cautum fuisse, ne liceret postquam unum magistratum gesse, ritis, alium nisi interiecto biennio gerere. Illic enim suo ac legitimo anno dicit Cicero se factum Consulem, quod biennio postquam Praetor fuerat, Consul fuerit. Quod idem ipse in Bruto ait: & libro decimo epist. quae familiares inscribuntur, ad Furnium ita scribit: Quod eo facilius nobis est, quod non est annus hic tibi destinatus, aut si Aedilis fuisse, post biennium tuus annus esset. Quanquam autem petitionem suam tanto tempore ante adornarent, tamen non est existimandum iam tum induitos candida toga supplicasse populo: sed eo tantum anno uere candidati erat, quo aut designari, aut repelliri suffragiis populi oportebat: & is proprio annus petitionis dicebatur, ut Cicero in eadem epistol. quam modo citauimus, ostendit. Nam & pro Cælio mentionem facit duorum annorum qui inter Praeturam suam, & Consulatum fuerunt, sed tamen posteriori tantum suam petitionem Consulatus attribuit. Verum nec toto illo anno, nec longo tempore ante sua comitia existimo candidam togam gestassem, sed post edicta modo comitia. Iis enim indicis qui petere uellent, profiteri se candidatos oportebat: alioquin nisi intra legitimos dies professi essent se petere, ratio eorum habere comitiis non poterat. Quæ ne fingere videamus, auctores laudabimus, ex quibus haec ita esse fiet manifestum. Salustius in coniuratione Catilinæ: Post paulò Catilina pecuniarum repetundarum reus prohibitus erat Consulatum petere, quod intra legitimos dies profiteri nequuerit. Et T. Livius libro quarto primæ Dec. Comitia Tribunis Consulari potestate tribus creandas indicuntur: quibus indicis, exemplo quicunque aliquid seditione dixerat aut fecerat, quam maxime Tribunitii & prehensare homines, & concursare toto foro cædidi coepere. Et lib. 7. eiusdem Decad. Cæterum cum Censoribus creandas indica comitia essent, professus se petere Censuram C. Martius Rutilius, concordiam ordinum turbavit. Ex iis locis inter se collatis apparet post indicta comitia, ita se petere profiteri solitos, si togam candidam indui ad supplicandum populo uenirent. Quod de præsentibus intelligi uolo. Nam etiam absentes poterant, tametsi eorum ratio haberi non posset, se petere profiteri: ut indicat Cicero 2. in Rullum, cum ita inquit: Præsentem tantum profiteri iubet, quod nulla alia in lege unquam fuit, ne in iis quidem magistratibus quorum certus ordo est. Illam uero absentum professionem intelligo, eorum in concione populi nominatem,

Grandia toga.
quando gratulabatur.

Huellent, profiteri se candidatos oportebat: alioquin nisi intra legitimos dies professi essent se petere, ratio eorum habere comitiis non poterat. Quæ ne fingere videamus, auctores laudabimus, ex quibus haec ita esse fiet manifestum. Salustius in coniuratione Catilinæ: Post paulò Catilina pecuniarum repetundarum reus prohibitus erat Consulatum petere, quod intra legitimos dies profiteri nequuerit. Et T. Livius libro quarto primæ Dec. Comitia Tribunis Consulari potestate tribus creandas indicuntur: quibus indicis, exemplo quicunque aliquid seditione dixerat aut fecerat, quam maxime Tribunitii & prehensare homines, & concursare toto foro cædidi coepere. Et lib. 7. eiusdem Decad. Cæterum cum Censoribus creandas indica comitia essent, professus se petere Censuram C. Martius Rutilius, concordiam ordinum turbavit. Ex iis locis inter se collatis apparet post indicta comitia, ita se petere profiteri solitos, si togam candidam indui ad supplicandum populo uenirent. Quod de præsentibus intelligi uolo. Nam etiam absentes poterant, tametsi eorum ratio haberi non posset, se petere profiteri: ut indicat Cicero 2. in Rullum, cum ita inquit: Præsentem tantum profiteri iubet, quod nulla alia in lege unquam fuit, ne in iis quidem magistratibus quorum certus ordo est. Illam uero absentum professionem intelligo, eorum in concione populi nominatem,

Illam uero absentum professionem intelligo, eorum in concione populi nominatem,

K

nem, & magistratus deinde per amicos ad populum supplicatio-
 nem, ut de Cæsare factum scribit Appianus libro secundo bell.
 ciuil. Ut uero credam huiusmodi professionem in candida toga
 fieri solitam, postquam edicta essent comitia, non modo ex iis
 quæ paulo ante citauimus adducor, sed etiam ex eo, quod in hi-
 storia reperio eos qui in prouinciis erant, ad petitionem Consu-
 latus si uenire uellent, satis habuisse, si post edicta comitia uenis-
 sent. Ut Cæsar cum ex Hispania ad petendum Consulatum ue-
 nit, edictis iam comitis urbem ingressus est, ad petendum ut
 scribit Suetonius. Et Marius ad primi Consulatus petitionem ex
 Africa decessit, cum duodecim dies superessent ante comitia si
 Plutarchus credimus: & in itinere septem (ut idem ipse ait) die-
 bus consumptis, petitione quinque dierum Consulatum obti-
 nuit. Adornabant igitur suam petitionem multo ante tempore
 qui magistratus petebant: idq; aut per se aut per amicos: sed pro-
 fessos petitionem suam ante edicta comitia nusquam reperimus.
 Quæ professio quoniā induita toga candida fiebat, idcirco in
 eam opinionem uenimus, tametsi candidati *μεταθορικῶς* uo-
 carentur, qui quoconque tempore magistratum ambirent, pro-
 prie tamen post edicta comitia fuisse candidatos. Neque uero in
 professione existimo sati suisse candidam togam induere, sed e-
 tiam solenni ad populum nominatione, quæ in concione ab ali-
 quo magistratu data fieret. Nam si præsens Q. Fulvius Flaccus
 professus est se petere Prætoram absque toga candida, quia pre-
 textam ferre Aedilem eum oportebat, relinquitur profiteri a-
 liud suisse, quām candida toga accepta petere magistratum. Ut
 omittam quod absentes profiteri poterant: quæ sine toga can-
 dida professio necessario fiebat. Nominis autem editione opus
 suisse hic colligo, q; T. Liuius lib. 6. Dec. 3. de Proconsule in Hi-
 spaniam mittendo, ita scribit: Diem comitiis Consules edixe-
 runt: primo expectauerant, ut qui se tanto imperio dignos cre-
 derent, nomina profiteretur. Quia enim Liuius illic nomen pro-
 fiteri dicit, quod alibi simplici verbo, profiteri, dicere solet, argu-
 mento est in petitione sua profitenda, nominis sui datione opus
 suisse. Quod si hanc nominis editionem ostendamus non suisse
 apud magistratus actave publica nominis datione, reliquū erit
 apud populum fieri solitam hmoi nominationem. Et qm ad po-
 pulum uerba facere priuatus non poterat, nisi potestate dicendi
 à magistratu facta, restat ut dicamus solennem illam candidato-
 rum professionem ad populum fieri, data ab aliquo magistratu
 concione:

nominis editione

F concione. Cur uero existimem professionem non fuisse sui nominis apud Consules dationem, ea causa est, quod saepe in historia reperimus Consules absentes comitia edixisse, nec in urbem uenisse, nisi aut quo die erant habituri comitia, aut paulo ante. Vt lib. 4. Dec. 3. de Q. Fabio Cōsule ita scribitur: Inde Romanam comitiorum causa ueniens, in eum diem quem primum comitiale habuit, comitia edixit: atque ex itinere præter urbem in campum descendit. Et lib. quinto Decad. 4. M. Fulvius Prætor literas mittit ad Consulem, senatui placere Romanam reuerti,

G & ex itinere præmittere edictum, quo comitia Consulibus creatis ediceret: paruit his literis Consul, & præmisso edicto Romā uenit. Si igitur eius fuisse, cui comitia habendi sors obtigerat, nomen eorum recipere qui se candidatos profitebantur: id autē non posset apud absentem Consulem fieri: necesse est, ut dicamus, statim edictis comitiis non potuisse illos candidatos petitionem profiteri, imo non ante diem comitiorum in ipso campo professione fuisse. Quod si absurdum est, relinquitur ad profitendam petitionem non fuisse opus à Consulibus nomina candidatorum recipi. Iam uero si professos reperimus multos, quorum tamen nomen se acceptum negabat Consul, nonne aperatum est in professione non fuisse opus nomen à magistratu recipi? Et si nihilominus professi dicantur, quorum ratione habendum non esse iudicatum est, nonne appetitum ut professus quis dicitur, non oportuisse nomen eius actis publicis receptum esse? Cuius enim nomen receptum erat, eius rationem haberi oportebat. Scribit Asconius Catilinam ex Africa reuersum, professū fuisse Consulatum se petere: & tamen rationem eius haberi non posse iudicatum esse. Et C. Martium Rutilium scribit T. Liuius Censuram petere professum: & tamen subiicit Consules negare se rationem eius habituros. Apud Val. Max. libro tertio cap. ultimo scribitur, M. Palicanum petitionem Consulatus professum fuisse: Caium tamen Pisonem Cos. in concione populi negasse rationem eius se habiturum. Vt ergo quis professus diceretur, non erat opus nomen eius receptū esse à magistratu, sed satis erat apud populum per se aut per amicos oratione declarare uelle se magistratum populi beneficio obtainere. Merito enim siebat, ut

I quoniam magistratus, beneficia mera populi erant, apud populum petitionis professio fieret: quæ nihil aliud erat quam publica ac solennis voluntatis suæ declaratio de magistratu, si populus ita uellet, obtainendo. Candida autem toga petitionis si-

gnum

gnum erat, ut à populo dignoscerentur qui ambirent magistra-
tus. Quandiu enim retinebatur toga candida, tandem perstare
in petitione: ea deposita, & petendi uoluntatem deposuisse candi-
dati censebantur. Id quod ex historia Cicerei scribæ quam supra
ex Val. Max. citaui intelligi potest. Abiecta enim candida to-
ga, cum iam prope designatus esset Prætor, a petitione se desiste-
re declarauit. Ex iis quæ diximus, apparet profiteri in candi-
da toga petitionem nemini prohibitum fuisse: quandoquidem
populo in candida ueste supplicare cuivis liberum erat, qui se à
populo obtinere posse sperabat: sed tamen non semper habebat-
tur ratio eorum qui professi essent. In quo magistratum ac Se-
natus iam cognitione locum habebat. Ne enim populus magistra-
tum alicui mandaret indigno, aut contra leges, publice intererat
cōsiderari candidatorum causas à magistratibus, & consilio pu-
blico: quæ deinde ad populum allegatae, efficiebāt, ut eorum tan-
tum qui digni essent, rationem comitiis habere uellet. Ac sæpe
etiam contra populi studia manifesta, magistratus iudicio, aut Se-
natus decreto excludebantur suffragiis populi nonnulli candida-
ti. Horum omnium exēpla passim in historia reperiuntur. Asco-
nius scribit L. Volcatium Consulem aduocasse cōsilium publicū,
an Catilinæ, qui petitionem Consulatus professus erat, rationem
habere deberet: ac Senatum decreuisse rationem eius haberi non
posse. Vnde apud Salustium de eadem re scribitur, Catilinam reū
repetundarum prohibitum esse Consulatum petere. Quod uero
scribit Salustius Catilinam profiteri nequivisse, non repugna-
bit cum eo quod dicit Asconius Catilinam professum, apud Sa-
lustium sumatur, cum effectu profiteri, quod dicit Catilinam p-
fiteri nequivisse. Cuius enim ratio non est habita, tantundē effe-
cit profitendo, ac si professus non esset. Itaque professus est Catili-
na, ut ait Asconius, sed non est professus cum effectu, ut signifi-
cat Salustius. Cicero in Bruto scribit de C. Seruilio Glaucia iudic-
atum esse, rationem eius haberi comitiis Consularibus non lice-
re. Et T. Liuius lib. 9. Decad. 4. scribit L. Porcius Col. ad Sena-
tum retulisse, an habere deberet rationem Q. Fuluii petentis Pre-
turam. Et apud Val. Max. legimus contra studia Tribunorum
pl. ac populi C. Pisonem Col. perseveranter negasse, & in concio-
ne populi palam prædixisse, rationem se M. Palicani seditionis ac
turbulenti hominis comitiis Consularibus non habiturum. Et
Consules apud Liui lib. 7. Dec. 1. negant se rationem habituroq.
C. Martij comitiis Censoris. Et lib. 5. Dec. 3. negat Tr. pl. propter
æstatem

A

B

C

D

E

Factatem habendam esse rationem P. Scipionis petentis Aedilitatem. Et lib. 2. Dec. 4. scribit Luius, Tribunos pl. impedire comitia, quod nollent rationem haberet T. Quintii Flaminii. Consultatum ex Quæstura petentis, remq; ad Senatum esse reiectam: qui populo permisit in ea re libera suffragia. Quod uero supra negauimus à Consule, qui habiturus esset comitia, nomen candidatorum non recipi, ad id tempus non pertinet, quo in capo habebat comitia: sed ad initium petitionis in candida ueste, & ad sim plicem professionem. Nam qui ex candidatis digni videbatur,

Gquorum ratio haberetur, eorum nomen Consul recipiebat, hoc est populi suffragio permittebat, ut ex iis designaret, quos uellet: adeoq; eum nomen candidatorum recipere oportebat, ut omnino suffragio populi excluderetur, cuius nomen nō receperisset: ac si quem populus designasset, cuius nomen accipere nollet, nihil eo designando populus perficere posset: quando ei liberum esset populi concilium dimittere cum uellet. Vnde apud Valeriu legimus C. Pisone Consulem à Tribunis pro rostris interrogatum, an si M. Palicanus suffragiis populi Consul crearetur, cū renunciatus esset: libere respondisse, non renunciabo: eoq; responso factum esse, ut Palicano Consulatus eriperetur. Et apud Luium lib. 10. Decad. 1. Q. Fabius cum à populo Cōsul fieret, quia negauit se sui rationem habiturum, Consul factus non est. Et lib. 4. Decad. 3. Q. Fabio Max. comitia habente T. Octacius & M. Regulus Consulatu delecti sunt, quia nomen eorum ante recipere noluerit, quam orationem ad populum habuisset, qua persuasit ut alios meliores bellum duces crearet. Et lib. 9. Dec. 4. de Q. Fulvio ita scribitur: Hæc uero tam obstinata uox fatus ei favoris accedit, ut haud dubius Prætor esset, si Consul accipe re nomen uellet. Sane post latas leges tabellarias, quia de publico suppeditabantur tabellæ suffragij: iam ante comitia, candidatorum nomina publice recepta esse oportebat, ut nomen eorum publica auctoritate in tabellis scriptum populo daretur. Sunt etiam hic notandi duo loci, quorum unus est T. Luii, alter Ciceronis. Lib. 3. Dec. 1. Luius scribit: Postquam comitia Decemviris creandis in trinundinum indicta sunt. Cicero in epist. ad Tyronem undecima de Cæsare scribit: Ad Consulatus petitionem se uenturum: nec se iam uelle absente se rationem haberet sui: se præsentem trinundinum petiturum. Ex his enim locis intelligitur ordinarium suisse, ut post edicta comitia trinundini spatium relinqueretur ante diem comitiorum: partim ut ad eam diem

Hpopulus

It
L
Fulvio ita scribitur: Hæc uero tam obstinata uox fatus ei favoris accedit, ut haud dubius Prætor esset, si Consul accipe re nomen uellet. Sane post latas leges tabellarias, quia de publico suppeditabantur tabellæ suffragij: iam ante comitia, candidatorum nomina publice recepta esse oportebat, ut nomen eorum publica auctoritate in tabellis scriptum populo daretur. Sunt etiam hic notandi duo loci, quorum unus est T. Luii, alter Ciceronis. Lib. 3. Dec. 1. Luius scribit: Postquam comitia Decemviris creandis in trinundinum indicta sunt. Cicero in epist. ad Tyronem undecima de Cæsare scribit: Ad Consulatus petitionem se uenturum: nec se iam uelle absente se rationem haberet sui: se præsentem trinundinum petiturum. Ex his enim locis intelligitur ordinarium suisse, ut post edicta comitia trinundini spatium relinqueretur ante diem comitiorum: partim ut ad eam diem

Kpopulus

A

populus undique ex Italia conuenire posset, partim ut candidati populo frequentiori, & non modo urbanæ, sed etiam rusticæ multitudini supplicare possent. Atque ego de illo trinundini spacio intelligo illos legitimos dies, intra quos profiteri non potuisse Catilinam scribit Salustius. Quia enim reus erat Catilina, nec poterat intra trinundini spaciū iudicium eius perfectum esse, propterea intra legitimos dies profiteri non poterat. Quomodo enim candida toga ei conuenisset, quem iudicii tempore sordidatum esset oportebat? Ex his consequens est, quoniam candidati post edictum candidam togam sumebant, quam post comitia deponerent, si modo ad diem præstitutum comitia fierent, ordinarium fuisse, ut non multo plus quam trinundini spacio uere candidati essent, hoc est, candida toga induit. Causas cur candidatorum interdum ratio non haberetur, multas fuisse repetitio. Vna erat in ætate. Quia enim lex erat, qua certi quidam anni constituti erant, ante quos non liceret magistratum capere: ea erat legitima causa cur ratio alicuius non haberetur, si ante annos lege constitutos ad petendum magistratum descenderet.

B

Ea lex lata est primum Consulibus A. Posthumio Albino, C. Calphurnio Pisone anno ubi D. LXXIIII. à L. Iulio Tribuno pl. de qua T. Liuius lib. 10. Decad. quartæ ita scribit: *Eo anno rogatio primum lata est à L. Iulio Tribuno pl. quot annos nati magistratum peterent caperentq; inde cognomen familie inditum, aut Annales appellarentur.* At enim Liuius qui anni essent cuique magistrati destinati, non dicit: nos ex obseruatione antiquitatis eruere id conabimur. Hoc primum ex fragm. Polybii, quod extat de eius libro sexto de Republica, constat nulli ciuium Romanorum licuisse ullum magistratum urbanum gerere, qui decem annos non militasset. Erant autem adolescentes Romani in toga prætexta usque ad 17. annum: quo anno togam putam eandemq; virilem accipiebant, ut appareret ex Suetonio in Augusto. Itaque in viros recepti militaris ætatis tum esse incipiebant. Nam & T. Liuius lib. 5. Decad. 3. ostendit anno septimo & decimo fuisse ætatem militarem. Etenim in opia iuniorum dicit creatos Triumviro, qui undique ingenuorum copiam conquerirerent, eosq; et si nondum militari ætate essent, milites facerent, si modo satis roboris ad ferenda arma habere viderentur. Tum paulo post, quos uocarat nondum militari ætate, appellat minores septem & decem annis. Vnde necessario efficitur militarem ætatem fuisse anno 17. ex qua etiam ætate

C

D

E

*causae ratione
candidatoq; non
habebant
etiam
L. Iulius
magistratus
militaris etas
anno 17.*

Fætate iuniores in classibus vocabantur. Quare ut decē annua sibi
pendia omnibus ciuibus Ro. necessaria, ut etiam docet Plutarc.
in vita C. Gracchi, numeremus, relinquitur ante septimum & vi
gesimum annum magistratum urbanum gerere non licuisse, ni
si quis legibus solueretur: quemadmodum de Pompeio, Octa-
viano, Africano, aliisq; permultis factum fuisse legimus. Porro
autem legibus annalibus ætas Consularis erat quadragesimus
tertius ætatis annus, ui ex Ciceronis quinta Philip. demonstra-
ri potest. Scribit enim hoc modo: Quid Alexander Macedo, cu
m ab ineunte ætate res maximas gerere cœpisset, nonne tertio &
30. anno morte obiit? quæ est ætas nostris legibus decem annis
minor quam Consularis. Erat igitur ætas Consularis, ut hinc
perspicuum est, anno ætatis 43. Id quod ego sic accipiendo ex-
istimo, ut sit ille annus, quo primum per leges Consulatum gere-
re liceret. Vnde fit, ut Consulatum petere liceret anno ætatis 42.
ut gereretur anno 43. In quo etiam animaduertendum est, non
oportuisse eos annos quos hic designamus, peractos fuisse: sed
incipiente etiam anno 42. erat petitio legitima, ut satis esset intra

Hannum sui Consulatus, uel quinto aut sexto mense incipere age-
re annum 43. Hoc ego ex historiæ obseruatione colligo. C. Cæ-
sar auctore Macrobo natus est quarto Id. Quint. occisus autem
est Idib. Martiis, cum esset natus, ut ait Plutarch. 56. annos. Hæc
Plutarchi uerba sic accipienda sunt, ut annos tantum eum nume-
rasse intelligamus quos habebat Cæsar, absq; accessione aliquot
mensium, quos præterea habebat. Cum enim occisus sit Idibus
Mart. uerum non esset eum tum natum fuisse annos 56, cui qua-
tuor prope menses deessent, ut plenos haberet quinquaginta sex

Iannos. Agebatur ergo septimum & quinquagesimum annum Cæ-
sar cum occisus est iam inde à quarto Idus Iulii superioris anni.
Verum hunc annum non peregit: ob idq; Plutarc. ait eum tan-
tum 56. annos natum fuisse, cum occisus est. Multum enim in-
terest utrum dicas uixisse aliquem quinquaginta annos, aut na-
tum aliquem tot annos, mortem obiisse: an uero anno quinqua-
simò obiisse. Id quod nisi obseruetur, sæpe videbuntur historicis
inter se dissentire, qui maxime cōsentunt. Veluti de Catone Vt̄
censi Plutarc. scribit uixisse 48. annos, Florus in Epitome Liuii

Kanno 49. expirasse. Vtrunque uerum est, quia Cato 48. annos
integros tantum uixit, & cum ageret annum 49. sibi mortem
conciuīt: & quia iam accedebat ad principium quinquagesimi
præterea Appianus non male dicit, cum ad annum quinqua-
gesimum,

gesimum aecederet, obiisse. Eadem diuersitas in ætate Ciceronis reperitur. Plutarch. ait cum ille esset annus ætatis 64. Ciceronem occisum. T. Liuius, & Aufidius Bassus apud Senecam, scribunt vixisse tres & sexaginta annos. Omnes uerum dicunt. Cum enim Cicero imperfectus est, agebat 64. sed tres menses defuerunt ad annum integrum. Nam Septembri mense imperfectus est: natalis autem dies eius erat tertio Nonas Ianuar. non autem tertio Cal. Ian. quemadmodum interpres Plutarchi male uertit. Sed haec obiter dicta sint: ad Cæsarem redeamus. Agebet Cæsar 57. annū cum occisus est. Si igitur retro numeremus annos usque ad primum eius Consulatum, reperiemus eum, quo anno erat Consul, agere incepisse annum 43. ad quartum idus Quint. quæ eo anno fuerunt. Vnde sequitur cùm superiore anno designatus est, nō ita diu cepisse agere annum 42. Neque uero dici potest legibus eum solutum fuisse. Nam Suetonio & Plutarcho auctori bus, et petenti Senatus quantum poterat resistebat: qui si legitimam hæc occasionem prohibendi ne peteret habuisset, non erat eam prætermisuros: tantum abest, ut legibus eum soluere uellet. Ex his perspicuum est quæ à Cicerone dicuntur de ætate Consulari, ita esse accipienda, ut diximus quadragesimum tertium ætatis annum esse ætatem Consularum, quia Consul nemo esse posset antequam ad id ætatis peruenisset, ut annum 43. ageret, quo anno esset Consul. Quoniam autem lege annali definiebantur anni, circa quos non licet magistratum petere: ut etiam Ouidius significat in Fastis:

Iura dabat populo senior, finitaq; certis

Legibus est ætas, unde petatur honos. Ex his quæ diximus concludi potest lege annali cautum fuisse: ut Consulatum nemini petere capereq; licet, antequam ageret annum ætatis 42. Quocirca cum Cicerio in Rullum dicit anno suo se factum Consulem, & se petuisse cum primum licitum sit, ad annos ætatis non tam referri debet, quam ad Præturam, quam biennio ante gesserat. Agebant enim Cicerio annum 43. quando designatus est. Itaque si ætatis tantum ratio habeatur, potuisse uno ante anno Consul fieri. Sed quia Præturam non gesserat, nisi anno 41. ætatis suæ: lege autem cautū erat, ne uno gesto magistratu Curuli licet a lium gerere nisi biennio interiectio: idcirco recte dicit se petuisse, & factum esse Consulem, cùm primum per leges licuit. Ut omittā nō fuisse opus tam subtiliter annos numerare Ciceronem: præsertim qui magnitudinem beneficij populi augere uellēt.

E Nam

A

B

C

D

E

F Nam quí uno tantū anno tardius, quām per aetate liceret, factus erat, nouus homo, non immerito ad populum oratione dixit se factum esse cum primum licuit. Quod ad alios magistratus attinet, eruenda nobis est aliunde ueritas, imprimisq; ex Cicerone, apud quem ita pro lege Manilia de Pompeio scriptum est: Quid tam singulare, quām ut ex S.C. legibus solitus Consul ante fieret, quām ullum alium magistratum per leges capere licuisse? Pompeius cum designatus est primo Consul, habebat 34. annos, ut inquit Appianus, sed agebat trigesimum quintum, ut

G apparet ex suppuratione annorum post Atilium Serranū & Servilium Cæpionem Consules, quibus Consulibus natus erat Pompeius prid. Cal. Octob. auctore Paterculo. Quod uero dicit Cicero non licuisse Pompeio ullum magistratum capere, id ad Curules magistratus necessario referendum est. Neque enim uerum esset in Quæstura aut Tribunatu: siquidem Pompeius uel ante 27. aetatis annum decem annua stipendia iam habebat, posicq; aetatem licebat Quæsturam petere. Ut omittam quod alios reperimus minus gratiolos ante hanc aetatem cuius erat Pompeius,

H gessisse Quæsturam & Tribunatum. Gato enim trigesimo tertio anno Tribunus pl. fuit, Quæstor trigesimo. Cicero Quæsturā gessit anno 31. Necesse igitur est, ut uerba Ciceronis ad Curules magistratus pertineant. Ex quo cōcludendum est Curulum magistratum aetatem legitimam fuisse post annum aetatis 35. Quoniam autem uidemus inter duos magistratus Curules bienium interīci debuisse, necessario efficitur si petitio Consulatus primum erat anno 42. & Præturæ petitionem fuisse anno 39. ut geri Prætura non posset, nisi eo anno in quem incurseret annus aetatis 40. Quare retroactis duobus annis, efficietur, legitimam ædilitatis petitionem non ante annum aetatis 36. ut geratur anuo 37. Itaque Cicero recte dicit Pompeium, qua erat aetate cum factus est Consul, non potuisse ullum Curulem magistratum capere: siquidem ei non satis annorum esset, ut uel Aedilitatem capere posset. Neque tamen negauerim non modo Cicero nem ad aetate Pompeii, & leges annales respexisse, sed etiam ad legem Corneliam, qua uetabatur maiores magistratus petere qui Quæstor non fuisse. Pompeius autem quæstor non fuerat: ut

K uel inde apparet, quod Senator in secundo triumpho non esset, sed ut Cicero ait, eques Ro. iterum triumphauit. In illa uero de aetate opinione magis eo confirmor, q; Cæsar Aedilitatem petit cum ageret 36. annum aetatis, cumq; magistratum gerens coepit

ad quartū Id.Iulii agere annum 37.biennio autē pōst fuit Pr̄etor.
 Neḡ enim existimo eum eḡegie ambitiosum hominē hos ma-
 gistratus antē petiturum non fuisse, si per leges ei licuisset. Et Ca-
 to Vticensis postq; fuerat Tribunus pl.anno. 33. omissa Aedili-
 tate, quā inter necessarios magistratus lege Cornelia non erat,
 non antē Pr̄eturam petiit quam ageret annum 39. Et Cicero cū
 Quæstor fuisset anno 31. Aedilitatem non petiit nisi anno 37.
 Huc etiam pertinere pōt historia Africani minoris, qui scribitur
 cum Aedilitatem peteret, quam legibus capere poterat, Consula-
 tum quem capere nō posset, à populo legibus solutum obtinui-
 se. Cū enim ex historia constet eum mortem obiisse C.Sempro-
 nio Tuditano, & M.Aquilio Coss. cū ageret annum aetatis sextū
 & quinquagesimum: si retro numeres annos usque ad primum
 eius Consulatum, comperies 37. annum egisse cū designatus est
 primo Cōs. Vnde efficitur ad hanc aetatem, fuisse legitimam Ae-
 dilitatis petitionem. In quo obiter animaduertendum est apud
 Florum in Epitome Liuviana mēdū esse in numero, cū dicit decē
 annis minorem fuisse Africānum, q; ut Cōsul fieri posset. Legēdū
 est enim, Quoniā per 5. annos Consulē fieri minime licebat. Nō,
 quemadmodum legitur, Quoniā per decem annos Consulem
 fieri minimē licebat. Id quod uel inde intelliges, quod cū pater
 Scipionis L.Paulus triumphauit de rege Persa, ipse Scipio maio-
 ris aetatis erat, q; duo eius fratres qui eo anno mortui sunt: quo-
 rum tamen unus erat sedecim annorum, ut ait Plutar. Quoniā
 autem Scipio & Q. Fabius Max. ex priori uxore filii erant L.
 Pauli, probabile est Scipionem supra septendecim annus habui-
 se in triumpho patris. Atqui si octauum & decimum tantum ei
 tribuas, & numeres annos à triumpho L. Pauli usque ad primū
 Africāni Consulatum, reperies Scipionem agere annum 38. eo
 anno, quo primum Consul fuit: qui est idem ille numerus quem
 inuenimus retro à morte eius numerando. Non igitur Scipioni
 deerant plus q; quinque anni ad aetatem Cōsularem: unde fit ut
 sic omnino apud Florum legendum sit. Ex iis quā diximus,
 perspicuum est legibus annalibus Aedilitiam aetatem fuisse anno
 37. Pr̄etoriā, anno 40. Consularem, anno 43. adeo ut petere
 Aedilitatem non liceret ante annum aetatis 36. Pr̄eturam ante
 annum 39. Consulatum ante 42. Quoniā autē magistratū pe-
 tere licebat, decem petractis stipendiis, primus autem magi-
 stratus urbanus erat Quæstura: hinc fit ut Quæstoria aetas es-
 set primum 27. aetatis anno, iis qui id aetatis legitima stipendia

Fecissent. Hac ætate uterque Græchus Quæstor fuit: iudicemq; trigesimo anno ætatis Tribuni pleb. fuerunt. Ex quo etiam colligo Tribunitū ætatē fuisse anno trigesimo. Quod uero multos in historia reperimus Quæstores nō tā cito fuisse: ut Cæsar, qui à Suetonio scribitur, cum Quæstor in Hispania esset, eius ætatis fuisse, quā erat Alexander Magnus, cum orbem terrarum subegisset: ex quo sequitur annos circiter triginta tres natum fuisse Cæarem, cum in Hispania Quæstor esset. Cato 30. anno Quæstor fuit, Cicero 31. Id ego ita inuenisse existimo, uel quod legi

Gtimæ stipendia non tam cito fecerant quām per ætatem potuerint: uel quod non prius petere uoluissent, quo magis continenter populi fauorem semel adeptū retinerent, ac non ratione ætatis cogerentur maiorum magistratuū petitionem diu intermittere, si minores magistratus petere præcipitassent, & cum primum licitum esset, obtinuissent. Nam cum Cæsar Patritius esset, ideoq; non posset Plebeios magistratus obtainere, si 27. statim anno Quæstor fuisse, necessario interrumpenda ei fuisse sua ambitio octo annis post quos demum licuisset ei Aedilitatem petere. Ne

Hque enim post emerita stipendia Patritii toto illo spatio poterat alios magistratus capere, quām Tribunatū militum & Quæsturam. Qui uero Plebeii erant factis legitimis stipendiis, magis contingerat poterant ambitioni uacare: ut qui ueteres Tribuni militares, Quæstores, Tribuni aedilesq; plebis fieri poterant, interim dum per leges liceret. Curules magistratus petere. Ut Cato legi Tribunus militum, Quæstor, & Tribunus plebis fuisse intra annum ætatis 33. Verum de ætate legibus annalibus constituta satis dictum sit. Illud nūc certū est de quo agebamus, si quis in toga candida magistratum petisset, antequam legibus annalibus liceret, aut non interiesto biennio inter duos magistratus Curules, eā fuisse unam causam, cur ratio eius non haberetur. Altera causa erat in ordine petendi magistratus. Scribit enim Appianus lib.

1. Bell. civil. inter leges cornelias à L. Sylla perlatas hanc unam fuisse, ne cui Præturam petere liceret, nisi qui Quæstor fuisse: ne que Consulatū, nisi q; Prætor fuisse. Ego tm hac lege, aut ueterem legem relatam aut receptum morē confirmatū existimo. Nam & ante Syllæ Dictaturam reperio cautum fuisse, ut ordine petentur magistratus. Vnde Cicero in Bruto, appellat extraordinariam C. Iuli Consulatus petitionem: quia cum Aedilis fuisse, uolebat omissa Præturæ petitione Consul fieri: ut docet Asconius in com. orat. pro Scauro. Quintiam apud Liuiū lib. 2. Decad. 4. extat

exstat contentio Tribunorum plebis impedientium comitia, qd^e
 T. Quintum Flaminium Consulatum ex Quæstura petere non
 patiebantur. Legem tamen de ea re tum nullam fuisse, uel ex eo
 intelligi potest, quod Senatus censuit, qui honorem quem sibi ca-
 pere per leges liceret, peteret, in eo populo creandi quē uellet po-
 testatē fieri equū esse. At post legem latam si quis extra ordinem
 magistratum petiisset, eius nomen non recipiebatur. Et ante le-
 gem Corneliam, qua uetabatur qui Triibunatum plebis geſſiſſet,
 alium postea magistratum petere, à C. Aurelio Cotta Consule
 abrogatam, hæc fuit alia causa legitima, cur ratio candidati non
 haberetur. Tum si quis ad petendum magistratum ueniret, quē
 ante geſſiſſet, niſi interiectum eſſet decennium, eius ratio haberī
 legibus non poterat. Nam & hanc inter Cornelias leges enumera-
 rat Appianus. Et T. Liuius multo tempore ante eam latam fuſſe
 ostendit: ſcribit enim ad finem lib. 7. 1. Dec. Præter hæc inue-
 nio apud quosdam L. Genutium Tr. pl. tulisse ad populum, ne
 ſcenare liceret. Item aliis plebiscitis cautum ne quis eundem
 magistratum intra decem annos caperet, neu duos magistratus
 uno anno gereret. Solui ergo legibus oportebat, qui eundem
 magistratum non interiecto decennio gereret: quemadmodum
 de Mario, factum eſt, ut docet Plutarchus. Erat porrò, & alia
 lex, qua uetabatur ne in magistratum comitiis, absentum ratio
 haberetur, ut docent Suet. & Plutar. in uita Cæſaris. Quare legi-
 bus solutos fuſſe intelligendum eſt, omnes quos absentes crea-
 tos reperimus. De Cæſare enim ita ſcribit Suet. Sed cum edictis
 iam comitiis ratio eius haberī non posſet, niſi priuatus urbem
 introiſſet, & ambienti, ut legibus ſoluueretur, multi contradicerēt,
 coactus eſt triumphum ne Consulatu excluderetur dimittere. Er-
 go legibus soluti ſunt L. Lucullus cum Aedilitatis, & C. Marius
 cum Consul, absentes creati in historia reperiuntur. Postremo ſi
 qui turpi iudicio damnati eſſent, in perpetuum omni honore ac
 dignitate priuati erant, ut inquit Cicero pro Cluentio. Tum etiā
 ſi quis publico iudicio, cuius poena exiliū non eſſet, ſed ignomi-
 nia tātū mulctave dānatus eſſet, ei magistratum petere non li-
 bat. Ut ambitus dānati ante legē Tulliā à Cicerone Cōſule latā,
 priuabantur omnis honoris petitione. Nam P. Antronius &
 P. Sylla, quos reperimus apud Salust. & Asconiu lege Calphur-
 nia ambitus damnatos, hac ignominia affecti ſunt, ut ex Cicero
 nis oratione p. Sylla itelligi potest. Scibit. n. à L. Cœcilio Tr. pl.
 eodēq; fratre P. Syllæ rogationē pmulgatā deleād; calamitate

A

B

C

D

E

fratris

*quibus magis-
tratum petere
non libertat-*

fratris sui: quam rogationem Dion lib. 37. dicit fuisse, ut P. Antronio & P. Sylla liceret in Senatu esse, & magistratum capere. Ex quibus apparet poenam ambitus lege Calphurnia fuisse illam, quam diximus ignominiam. Post legem uero Tulliam, pœna ambitus fuit decem annorum exilium. Scribit enim Dion ea lege cautum fuisse, ut eadem poena tenerentur qui de ambitu damnati essent, qua ii qui repetundarum: ut scilicet decem annorum exilio plesterentur. Vnde etiam uidetur ad Senatorium ordinē tantum hanc exilii poenam pertinuisse: sicut poena legis repetundarum ad eum modō ordinem pertinebat, ut docet Cicero pro Cluentio & pro Rabirio Posthumo. Quinimo Cicero ipse pro Muræna disertè id de sua lege asserit his verbis: Poena gravior in plebem tua uoce efflagitata est: commoti animi tenuiorum. Exilium in nostrum ordinem: concessit Senatus postulationi tui. Si quis igitur ignominia notatus ad petendum uenisset, eius nomen recipi non poterat. Atque id de iudicaria ignominia intelligi debet, non etiam de Censoria. Cicero enim pro Cluentio ostendit notam Censoriam non potuisse impeditre, quo minus alii cuius ratio heberetur in petendis magistratibus. Et multos in historia legimus, quibus Censoria nota impedimento non fuit, quo minus magistratus assequerentur. Ut & tate Ciceronis C. Antonius, qui postq[ue] à Censoribus senatu motus notæ causa fuerat, postea & Prætor & Consul cū Cicerone fuit. Ac de causis quidem, ob quas nomina candidatorum interdum non reciperentur, haec tenus. Rationem autem petendi candidatorum, si quis latissimè explicatam habere uelit, legendus est liber Q. Fratris de petitione Consulatus: in quo, uniuersa petendi magistratus ratio particulatim ita describitur, ut nihil desiderari possit. Ego hoc loco pauca, quæ ex historia obseruauit, subiiciam. Est apud Val. Max. lib. 4. c. 5. historia de L. Crasso: Ac ne protinus comitiis abeamus, Consulatum petens L. Crassus, cum omnium candidatorum more circum forum suppplex populo ire cogeretur. Ex ea historia colligi potest conuenire in forum solitos candidatos, ut populo supplicarent. Quod etiam apud Plutarchum in uita L. Pauli scribitur. Neq[ue] id de urbana tantum multitudine intelligendū, sed etiam de rusticana, quæ nūdiniis in urbē conuenire solebat. Id q[uod] ex alia historia Val. Max. colligo. Scribit. n. de P. Scipione Nasica, Serapionis filio lib. 7. c. 5. Cum Aedilitatē Curulem adolescens peteret, manumq[ue] cuiusdam rustico opere duratam more candidatorum tenacius apprehendisset, ioci gratia interrogauit eum,

G

H

I

K

eum, num manibus solitus esset ambulare. Quod dictum à cir-
eunstantibus exceptum, ad populum manauit: causamq[ue] repulsa
Scipioni attulit. Omnes nāq[ue] rusticæ tribus sibi paupertatem ab
eo exprobratam iudicantes, iram suam aduersus cōtumeliosam
eius urbanitatem distinxerunt. Ex eo Valerii loco appetat can-
didatos non solum urbanæ multitudini supplicare solitos,
sed etiam rusticane. Illud quoque ex Valerii historia intel-
ligi potest solitos fuisse candidatos, singulorum manus quos
rogabant apprehendere. Vnde effectum est, ut prensare pro
eo quod est ambire magistratum, tam sepe accipi reperiatur. B
Quod idem Plutarchus in Coriolano ita scribit: Mos erat ma-
gistratum potentibus prehensos dextra ciues benigne orare. Huc
etiam pertinet quod Macrobius lib. 1. Satur. c. 16. scribit, cādida
tis usum fuisse olim in comitium nundinis uenire, & in colle cō-
sistere, unde coram possent ab uniuersis uideri. Candidatos præ-
terea reperio solitos secū adducere nō modò in forum, sed etiam
in campum, uitrum aliquem gratiosum apud populum, qui suo
nomine peteret. Ut Metellus Pius Consul pro Q. Callidio præ-
torio cādido supplicare nō dubitauit, inquit Val. Max. lib. 5. c. C
2. Et C. Gracchus pro C. Fannio Consulatus candidato in cāpo
Martio populo supplicauit, & obtinuit: ut scribit Plutar. Et pro
M. Lepido Cn. Pompeius, ut idem Plutar. in uita Syllæ scribit
Et apud Liuium lib. 5. Dec. 4. P. Scipio Nasica & L. Flaminius
cādidi, circunducunt fratres suos: hic germanum T. Flaminium,
ille petru elem Africanū maiorem. Et lib. 9. Dec. 4. Claudius Cos.
cū fratre P. Claudio sine lictoribus toto foro uolitat. Iam uero
ex eo quod Plutar. in Catone minore ita scribit: In petitione Tri-
bunatus militatis, legem quæ candidatis nomenclatores adesse
uetabat, solus Cato seruauit, per seipsum appellans populum, at-
que alloquens. Ex eo inquam loco colligi potest legem fuisse q[ue]
uetaret, ne seruos nomenclatores candidati circōducerēt, qui do-
minis suis nomina singulorum, ut quisque obuius siebat, fugge-
re soliti erant. Eam tamen legem candidati non seruabant, ne
ipse quidem Cato, ut scribit Cicero pro Muræna, his uerbis:
Quid quod habes nomenclatorem? in eo quidem fallis & deci-
pis. Nam si nomine appellari abs te ciues tuos honestum est, tur-
pe est eos notiores esse seruo tuo quam tibi. Tu uero fuisse hoc ī
laboribus candidatorum intelligimus, ut salutarent, nomina-
timq[ue] benignè appellarent singulos ciues, ut quisq[ue] se eis offere-
bat. Postremò illud silentio prætertundū nō est, quod Plutar. in

- F** Mario scribit, ipsum Marium Aedilitate Curuli repulsum, statim codem ipso loco Aedilitatem Plebis petere cœpisse. Hinc enim apparet, non fuisse necesse, ut si quis candidatus magistratū, quē petierat non obtinuisse, deponeret uestem candidam, sed ad alium petendum uenire potuisse. Nam in ipso etiam campo, die comitiorum candidatos populo supplicare solitos, tam est ex omni historia perspicuum, ut eius res probationem subiçere superuacaneum sit. Illud tamen ante faciendum erat, quām misse in suffragium tribus essent ab eo qui comitia haberet. Cur. n.
- G** ambitus accusatus fuisset, eo argumento Marius Prætor designatus, quod sui amici Cassii Sabaconi seruus intra cancellos se immisisset, dum populus suffragium ferret, si liberū fuisset tribus in suffragium missas circumire? Atque illæ quidem petendi rationes rogando, appellando, prensando, legibus non erant prohibitæ: reliquæ autem in quibus subesse uidebatur suffragiorum, aut per largitionem, ut per uim corruptio, legibus ambitus prohibebatur. Ex permultis autem corrumpēdorum suffragiorum rationibus, prima erat tributum aut centuriatim numos populo dare: hoc est certam quandam pecuniaē summam diuidere in tribus, aut centurias, quas quis uellet corrumpere. Suet. in Cæsare: E duobus Consulatus competitoribus L. Lucio, Marcoq; Bibulo, Luceium sibi adiunxit, pactus ut is, quoniam inferior grātia esset, pecuniaq; polleret, numos de suo communi nomine per centurias pronunciaret. Qua cognita re, optimates quos metus ceperat, nihil non ausurum cum in summo magistratu concordi & consentiente collega, auctores Bibulo fuerunt tantundem pollicendi: ac pleriq; pecunias contulerunt, ne Catone quidem abnuente eam largitionem è Repub. fieri. Et Plutar. in uita Pompeii, & in uita Catonis Vtic. Diuisit Pompeius per centurias pecuniam ad emendum Afranio Consulatum. Ad corrumpenda autem hac largitione suffragia, comparari solebant certi homines huiusc operis, uelut redēptores, quos diuiores appellabant. Hi certo quodam precio accepto à candidatis, aut uero ab amicis, qui se sequestres interpretesq; in eorum causa interponebāt, corrumpenda plebis suffragia sucipiebant, quorum frequens est apud Ciceronem mentio, sed apertissime eorum ministerium desribitur 2. orat in Verr. his uerbis: Vnum illud ex hominibus certis, ex quibus omnia comperi, reperiebam: fiscos complures cum pecunia Siciliensi à quodam Senatore ad Equitem Ro. esse translatos: ex his quasi decē fiscos, ad Senatorē illum relictos es-
- se,

fe, comitiorū meorum nomine. Diuisores omnium Tribuum A
noctu ad istum uocatos, ex quibus quidam qui se omnia mea
causa debere arbitrabatur, eadem illa nocte ad me uenit: demon-
strat qua oratione iste usus esset: commemorasse istum quām li-
beraliter eos tractasset, etiam antea cum ipse Præturam petisset,
& proximis Consularibus Prætoriisq; comitiis: deinde esse pol-
licitum, quantum uellent pecuniae, si me Aedilitate deceſſissent.
Hoc alios negasse audere, alios respondisse, non putare id perfici
posse: inuentum tamen esse fortem amicum ex eadem familia

Q. Verrem, Romilia, ex optima diuisorū disciplina, patris istius B

discipulum atque amicum, qui Sestertium quingentis millibus

depositis, id se perfecturum polliceretur. In eum locum scribens

Asconius, dicit suos quosdam fuisse singulis Tribibus ac legitimis diuisorū

diuisores, quos Plautus in Ollularia magistros curiarum plauto ma-

uocet, potius q; ut criminis nomen fuisse dicatur. Ego ex veterū gesti curiaro

auctorum lectione colligo, quanquam diuisor criminis nomen erant b; s; f;

non esset, ut recte asserit Asconius, tamen pro sordido ac uili mi-

nisterio semper habitum fuisse. Ut enim Romæ argentarii & pederu, nos

pæcones, qui publicis actionibus seruiebant, parum honesto lo-

co censemabantur, ut qui in sordido quæstu uersari uiderentur: ita

diuisores, tametsi ministerio fungerentur Reip. necessario, quia

tamen uenale suam operam habebant, non aliter quām pæco-

nes argentarii, idcirco uile ac sordidum munus eorum censem- C

batur. Vnde fit, ut sicut reperimus ignobilitatem familie obiici

Pisoni, quia avus eius maternus pæconium fecisset, & Octauiano,

quia avus eius argentarius fuisset: ita probri loco ſæpe obiici

uidemus, si cuius maiores diuisores fuissent: Nam id Suetonius D

ait obiectum Octauiano: Octavius pater à principio ætatis &

re & æstimatione magna fuit, ut equidem mirer hunc quoque à

nonnullis argentarium, atque etiam inter diuisores, operasq; campostres proditum. Et Cicero eo loco, quem supra

secunda in Verr. exprobat Verri patrem diuisorem. Et libro

1. ad Atticum in epistola cuius initium est, Nihil mihi: C. Heren-

nio Tribuno pl. probri loco obiicitur pater diuisor. Quod autē

dixi necessario Reip. munere fungi diuisores, ex eo intelligi po-

test, q; largitiones populo fieri legibus non prohibitas, tam fre-

quens uisitatumq; erat, ut necesse fuerit esse certos homines qui

operam suam hac in re populo pæstarent. Imperatores enim cū

victores ad triumphum redibant, quām ſæpe reperiuntur con-

giariū populo dedisse. Hic apud Liuiū lib. 7. Dec. 4. de M. Acilio

Glabrone

F Glabriōne ita scribitur: In hunc maxime quod multa congiaria habuerat, quibus magnam partem hominum obligarat, fauor populi se inclinarat. Et apud Suet. in Cæsare: Populo præter frumenti denos modios ac totidem olei libras, tricenos quoque numeros quos pollicitus erat, uiritim diuisit: & hoc amplius centenos pro mora. Iam uero testamento à diuitibus quam saepe populo aliquid legabatur? Vnde apud Suet. de testamento Cæsaris sic scribitur: Populo hortos citra Tiberim publicè, & uiritim tricenos seftertos legauit. Tum uero in funeribus magnificis populo fieri largitiō solebat. Denique ob alias multas causas ab iis qui populi fauorem captabant, largitiones populo factas reperimus. Hinc tria à Milone consumpta patrimonia: hinc apud Plutarch. M. Crassus populo Rom. epulum dat, & tres minas in singula ciuium capita: hinc apud Suet. Augustus Fabianis, & Scriptoribus tribulibus suis, die comitiorum, ne quid à quoquam candidato desiderarent, singula millia numū à se diuidebat. Propter has igitur receptas Romæ largitiones, aut ministeriū diuisorum publicè necessarium. Neque enim existimandum est omnem numorum per tribus diuisionē fuisse legibus ambitus, phibitam: alioqui legitimos non habuissent diuiseores singulæ tribus, ut affirmat Asconius. Nec Cicero ad Att. de C. Herenio ita scriberet: Caius Herennius quidam Tr. pl. quæ tu fortasse ne nosti quidem, tametsi potes nosse: tribulis enim tuus est, & Sextus pater eius numos uobis diuidere solebat. Neque enim ita scriptorum ad Att. fuisse existimo, si numos contra leges ille diuississet. At illud magis ambiguum est, idem ne essent hi diuiseores cum illis diribitoribus, de quibus supra meminimus, an ab eis diuerfi. Ego ut cum Budæo diuersos fuisse existimem, eo argumento adducor, quod magistri curiarum, quorum meminit Plautus, idem erat diuiseores, ut ait Asconius: unde apparet, multo ante fuisse diuiseores quam lex tabellaria lata esset, post quam legē cœperunt esse diribidores. Cumq[ue] uile ac sordidum munus esset diuorum, non sit mihi uerisimile grauissimos Senatores, interdum hoc munus fungi uoluisse: & tamen ex iis quæ suprà dicta sunt, constat interdum Senatores diribitorum munus gerere solitos. Ut omittam infimæ conditionis hominibus, quales erant diuiseores, tabellas suffragiorum committere neq[ue] tutum neq[ue] æquum fuisse: præsertim cum illi ipsi essent, qui corrumpta suffragia suscipiebant: ut & paulò ante ostendimus, & ex aliis Ciceronis locis aperte demonstrari potest. Scribit pro Plancio: Quam tibi commodum

commodum est, unam tribum dilige tu : doce id quod debes, A
 per quem sequestrem, quo diuisore corrupta sit. Et paulò post :
 Illud uero crimen de numis, quos in circo Flaminio deprehen-
 sos esse dixisti, caluit re recenti, nunc in causa refrixit. Neque
 enim qui illi numi fuerint, nec quæ tribus, nec qui diuisor ostendis. Et lib. i. ad Aitic. in epist. cuius principium est, Quæris ex
 me. Nunc expectatio est comitiorum, in qua omnibus inuitis
 trudit noster Magnus Auli filium, atque in eo neque auctorita-
 te, neque gratia pugnat : sed quibus Philippus omnia castella
 expugnari posse dicebat, in quæ modo asellus onustus auro
 posset ascendere. Consul autem ille deterioris histrionis similis
 suscepisse negocium dicitur, & domi diuisores habere. Erat igit-
 tur hæc una ratio corrumpendorum largitione suffragiorum,
 numis populo per diuisores datis: quam largitionem fuisse legi-
 bus prohibitam adeo perspicuum est, ut probatione apus non
 sit. Aliæ rationes legibus prohibitæ à Cicerone ostenduntur ua-
 rijs in locis. Ut pro Muræna: Dixisti S.C. me referente esse fa-
 ctum, si mercede conducti obuiam candidatis iissent, si condu-
 ducti sectarentur, si gladiatoribus vulgo locus tributus, & item
 prandia si vulgo essent data, contra legem Calphurniam factum
 uideri. Et pro Sestio : Acta mea illi displice quis nescit? qui legē
 eam contemnat, quæ dilucide uetat gladiatores biennio, quo
 quis petierit aut petiturus sit, dare. Et in Vatinium : Cū mea lex butatio quo quic
perit et seculabat
uox Lincei rite
gladiatores dari
iuxta extempore
testimonia datur
 dilucide uetet, biennio, quo quis petat petiturusve sit, gladiato-
 res dare nisi ex testamento præstituta die. Et pro Plancio: Decu-
 riatio tribulum, descriptio populi, suffragia largitione deuincta,
 seueritatem Senatus, & bonorum omnium vim ac dolorem ex-
 citarunt. Hæc doce, hæc profer, huc incumbe Lateranensis, decu-
 riasse Plancium, conscripsisse, sequestrem fuisse, pronunciaisse, di-
 uisisse. Et paulò ante: Sed aliquando ueniamus ad causam, in qua
 tu nomine legis Liciniæ, quæ est de sodalitijs, omnes ambitus
 leges complexus e.s. Huc etiam pertinet lex Fabia de numero se-
 etatorum, cuius meminit pro Muræna: & leges Senatusve con-
 sulta de tollendis collegijs, quorum Cicero in Pisonem, & Asco.
 in eum scribens meminerunt. Atque illa quidem sufficient de
 candidatis. Nunc personas comitiorū, quæ habētur aut legibus
 ferendis aut iudiciorū causa, psequamur. Ac legibus qdē ferēdis
 non aliæ personæ interueniebant, quām quæ communes erant
 aliis Centuriatis comitiis. Vnum hoc proprium uidetur, quod
 quoniam legem ante recitari oporteret quām populus suffra-
gium

Fgium diceret, ad eam rem scribas interuenire oportebat. Subiuncte enim scriba legem recitabat praeco, ut Asconius scribit in argumento orationis pro C. Cornelio. Tum uero audiri eos oportebat, quid de lege ad populum dicere uolebant, aut suadendi aut dissuadendi causa. Verum de his plura paulo post dicemus, cum de modo legum ferendarum agemus. In comitiis uero centuriatis iudiciorum causa, nisi accusator is esset qui Centuriata comitia habere posset, praeter eas personas, quas omnibus Centuriatis comitiis adesse ostendimus, interuenire primum eum oportebat, qui diem perduellionis ad populum dixisset: tum uero defensorem qui pro reo diceret: postremo & ipsum reum solidatum cum amicis qui populo supplicarent, priusquam in suffragium mitteretur. Quae omnia exemplis subiectis manifesta sunt. Reus perduellionis erat Rabirius, accusabat T. Labienus Tr. pl. Cicero Consul defendebat. Patres omnes pro Coriolano populo supplicarunt, ut ait Liuius lib. 2. 1. Decad. & Plutarchus in uita eius. Et lib. sexto eiusdem Decad. Approbantibus cunctis diem Manlio dicunt. Quod ubi factum est, primo commota

H plebs est, utique postquam sordidatum reum uiderunt: nec cum eo non modo patrum quenquam, sed ne cognatos quidem aut affines, postremo ne fratres quidem Aulum & Titum Mælios, quod ad eum diem nunquam usuuerisset, ut in tanto discrimine non & proximi uestem mutarent. Et pro T. Menenio Agrippæ filio, Patres (inquit Liuius) haud minus quam pro Coriolano innixi sunt. Et de Cæsone Quintio capitinis reo ita scribit lib. 3. 1. Dec. Iam aderat iudicio dies, apparebatque uulgo homines in damnatione Cæsonis libertatem agi credere. Tum demum coactus cum multa indignitate prehensabat singulos: sequebantur necessarii principes ciuitatis. Quod uero comitiis adesse has personas dixi, accipiendo est cum exceptione, nisi exilio causa solum ante diem iudicii uertisset reus: quemadmodum fecisse Camillum, Corionalum, Seruilium Halam, Cæsonem Quintium, & Cicero nè ipsum in historiis legimus. Ac de personis quidem hactenus.

De modo comitiorum Centuriatorum. Cap. IIII.

In modo explicando primum docendum est, quid, ut iusta haberentur Centuriata comitia, fieri ante ipsa comitia soleret: deinde quis modus in ipsis comitiis seruaretur: postremo quid post dicta suffragia fieri soleret. Ante comitia Centuriata editum

Etum præmitti necesse erat, ut ad quam diem cœuenire populus A
 deberet, multo ante intelligeret. Vnde sit, ut in omni historia
 tam sœpe reperiantur Consules comitia edixisse. Illud magis du-
 bium est, itane comitia edici solerent, ut præcones per uicos di-
 missi diem prædicerent: quo modo uocari ad concionem popu- ~~verabat populus~~
 lis solebat: ut ex Luvio lib. 4. Dec. 1. intelligitur, cum ita scribit: ~~ar quatuor dies suffragi~~
 Tum trepidā ciuitatē, præconibus per uicos dimissis, Dictator ~~comitiorum~~ ~~prosita tribus~~
 ad concionem aduocatam increpuit. An potius scriptum esset ~~comitiorum~~ ~~tabella: ianuarii~~
 quod publice proponeretur, eodem modo quo Prætorum edi- ~~tabella: ianuarii~~
 ctum? Sane scriptum in tabella proponi publicè solebat hoc edi B ~~tabella: ianuarii~~
 ctum: ut ex uerbis A. Gellii planum est, cum ita scribit libro 1. 3.
 cap. 14. In edicto Consulum, quo edicunt quis dies comitiis ce-
 turiatis futurus sit, scribitur ex ueteri forma perpetua, Ne quis
 magistratus minor de cœlo seruasse uelit. Ex hoc enim loco ap-
 paret in eo edicto plura capita fuisse scripta. Vnde sequitur pu-
 blice fuisse proponendum, ut populo notum esset. Et quoniam
 comitiis etiam adesse ex agris hominibus oportebat, qui in ur-
 bem fere nisi nundinis, hoc est, nono quoque die non ueniebāt,
 propterea edictum illud per plures dies publice extare necesse C
 erat, ut populo uniuerso notum esset. Quod etiam nos paulò an-
 te ostendimus, trinundinum interiici solitum post edictum pro-
 mulgatum, ante diem comitorum, etiam in magistratum co-
 mitiis. nam in reliquis ita fieri oportuisse facile erit ostendere.
 Quod uero tñ tempus interiici debuisse inter edictum & diem D
 comitorū dixi, ita accipi debet, si modò nil accidisset, quod impe-
 pedimento esset, ne legitimo tempore haberentur comitia. Nam
 si qñ res ad Interregnum redisset, post præmissum ab Interrege
 edictum, non poterat tñ temporis interiici. Erat enim Interre-
 gis imperium quinque tantum dierum: poterat autem secundus
 Interrex comitia habere, ut supra ostendimus. Iam uero superio-
 ribus temporibus, quibus Consules bellis urgētibus in urbe esse
 non solebant, sœpe accidebat ut in exitu annus prope esset, nec
 dum tamen subrogati essent magistratus. Eo tempore interdū
 reperimus propter necessitatem subrogādorum magistratum,
 paucis post edictum diebus, habita fuisse comitia. Quod enim E
 T. Luvius lib. 4. Dec. 3. scribit Q. Fabium, in eum quem primum
 comitiale diem habuit comitia edixisse, satis ostendit post edi-
 ctum nō fuisse interiectum trinundinum. Neque enim tot dies
 continui, quot sunt in trinundino, esse poterat, quin aliqui ex iis
 essent comitiales. At temporibus ætati Ciceronis proximis
 Consules

F Consules totum fere annum sui Consulatus agebant in urbe, nee ad exercitus, aut in prouincias, nisi ad finem anni proficisci eban-
tur. Vnde siebat ut legitimo tempore comitia magistratum edicerentur: & nisi ad diem edicto praestitutum haberentur, id eo accidebat, qd dies diffunderetur, uel auspicis, uel magistratu intercessionibus. Ac si tum eueniret, ut tandem ducerentur comitia, ut ad Interregnū res rediret, meritò eueniebat, ut primo quoque tempore, ac non post trinundinum haberentur comitia, tanto ante tempore indicta, ut nemo conqueri posset suffragio se priuari: siquidem dilata tantum comitia esse nemo non sciret, si quid euenisset cur die praestituta non essent habita. Neque enim nouum edictum proponebatur, si ad diem edicti non essent habita, sed in proximum diem comitialem differebantur. Vnde illud apud Liuium lib. 7. Dec. 1. Aliquoties frustra in campum delcēsum cum esset, multiq; per seditiones acti comitiales dies. Verum ut illud sāpē usuuenisse superioribus temporibus conce-
damus, ut paucis diebus post edictum non interposito trinundi no haberentur comitia, ætate tamen Ciceronis non æquè id fie-

H ri absque incommodo poterat. Superioribus enim temporibus pauci Italiæ populi, & hi urbis vicini, in magistratum comitiis ius habebant suffragii. Quare ut ad diem edicti conuenire possent longo tempore opus non erat. At Ciceronis ætate, qua omnes Italiae socii ciuitate donati erant, si post edictum multi dies non fuissent interpositi, quid aliud fuisset, quam priuare ciues suffra-
gio? Ego igitur sic sentio ordinarium fuisse, ut post præmissum edictum ante diem comitiorum intericeretur spatium trinundi ni, partim ut liceret omni ex Italia Romam ad creandos magi-
stratus uenire, partim ut eo temporis spacio in candida toga sup-

plicare populo liceret. Porro edictum hīmōi proponendi iis mo-
dō ius erat, quibus habendi comitia sors obtigisset. Qui enim erat habiturus comitia, is diem praestituebat edicto: quod inter-
dum ab eo absente præmittebatur, interdum die à Consule dicta à Prætore urbis proponebatur. Sribit T. Liuius lib. 2. Dec. 3. Ab eodem Prætore ex S.C. literæ ad Consules missæ, ut si iis uide-
retur, alter eorum ad Consules creandos Romam ueniret: se in
eam diem quam iussissent, comitia edicturum. Et lib. 5: Decad. 4.

K Prætor M. Fulvius literas ad Consulem mittit, Senatui placere ut Romam reuertetur, & ex itinere permitteret edictum, quo, comitia Consulibus creandis ediceret. Nec sane Consul edicto faciebat dies comitiales, ut uult Budæus, sed contra, ut in diem comitialem

A

comitialem dies edicto præstituta incideret, Consuli prouiden-
dum erat: alioqui agi cum populo fas non fuisset: quod nos po-
stea apertius ostendemus, cum de tempore comitorū agemus.
Neque vero præmisso edicto tantum opus erat in magistratuī,
sed etiam in legum iudiciorumq; comitiis: uerum tamen in his
edictum non ut in magistratibus, in tabella quæ hoc tantum co-
tineret, scriptum proponebatur, sed simul lege per trinundinum
promulganda dies à magistratu prædicebatur, qua haberentur
comitia, nec alio opus erat edicto. Atque ante legum quidem
comitia hic modus erat seruandus, ut primum qui legem ferre
uellet, eam publicè propositam haberet, quo potestas fieret po-
pulo cognoscendi ociose: & ut inde liceret librariis describere, si
qui uellent legem apud se habere. Qui autem legem ita publicè
proposuerat, promulgasse dicebatur, tametsi ad populum nōdum
eam ferre coepisset. Quæ omnia demonstrari possunt ex Cicero
ne. Sribit enim secunda oratione in Rullum: Ineunt tandem ma-
gistratum Tribuni pl. concio expectata P. Rulli, quod & prin-
ceps erat Agrariae legis, & truculentius se gerebat quam cæteri.
Legem hominis concionemq; expectabam: lex initio nulla p-
ponitur: concionem imprimis aduocari iubet: summa cum expe-
ctatione concurrit: explicat orationem sane longam, & uerbis
ualde bonis: unum erat quod mihi uitiosum uidebatur, quod ex
tanta frequentia inueniri nemo potuit, q; intelligere posset qd di-
ceret. Hoc ille utrū insidiarū causa fecerit, an hoc genere eloqu-
tiæ delectetur, nescio. Tamen si qui acutiores in concione stete-
rant, de lege Agraria nescio quid uoluisse eum dicere suspicabā-
tur. Aliquando tandem me designato lex in publicum propo-
nit: concurrunt iusu meo plures uno tempore libratii: descri-
ptam legem ad me adserunt. Et in oratione pro Sylla de lege
L. Cæcilij ita sribit: Lex dies fuit proposita paucos, ferri copta
nunquam: posita est in Senatu, populum Romanum latuit. At
qui paulò ante scriperat à Cæcilio eam rogationem fuisse pro-
mulgatam: unde apparet qui legem modo in publicum propo-
suit, & si ad populum adhuc non tulerit, legem tamen promul-
gasse. Neque tamen negauerim quin dicatur etiam legem pro-
mulgare, qui trinundino ad populum de sua lege dicit. Nam &
Cicero in quinta Philipp. ita loquitur. Vbi lex Cæcilia & Di-
dia: ubi promulgatio trinundinum? Et tertio de Legibus legem
ponit, in qua facit diuersa promulgare & proponere. Promulga-
ta, proposita, in æario cognita agunto. Itaque ego sic sentio uer-
bum

C

D

E

Fbum promulgandi, significasse omnem rationem edendæ in uul-
gus rei, siue uerbo siue scripto: non autem pro altero tantum ac-
cipi. Ergo quomodounque lex in uulgaris edebatur, promulga-
ri dicebatur: cum uero scripta publicè exhibebatur, proponi dice-
batur. In quo obiter id obseruandum est, solitos eos qui legem
ita proponerent, nomen suum adscribere. Cicero libro 7. in Ver-
rem: Nempe ea lege de iudiciis iudicibusq; nobis promulgata,
quam non is promulgauit, cuius nomine proscriptam uidetis.
Atque huiusmodi proscriptio ante fiebat, quam legem quis fer-
re inciperet, ut ex iis quæ diximus appareret.

Gre concionem habere solitos reperiamus legum rogatores, priusquam
legem proponerent, in qua concione populo necessitatem & uti-
litatem legis proponendæ ostenderent, quod & Rullum fecisse
ex iis quæ diximus appareret, & Tib. Gracchum, scribit Appia-
nus: attamen legem ferre adhuc non dicebantur, sed præterea ne-
cessarium erat trinundinum ad legem promulgandam. Id quod
ex Dionys. Halicar. libro decimo intelligi potest, ubi ita scribit:
Tribuni pl. aduocata concione pollicebantur plebi se legem la-
turos de iis rebus quas postulabat. Quam orationem postquam
plebs collaudauit, sublata omni mora, legem quam paratam ha-
bebant, recitarunt. Ac proposita ea lege, datum est trinundini spa-
cium, quo fieret potestas legis improbandæ omnibus qui uel-
lent. Et Livius lib. 3. Decad. 1. de legibus à Decemviris conscri-
ptis ita scribit: Ingenti hominum expectatione, propositis dece-
tabulis populum ad concionem aduocarunt: & quod bonum
faustum, felixq; Reip. ipsis liberisq; eorum esset, ire & legere
leges propositas iussere. Se quantum decem hominum ingenii
prouideri potuerit, omnibus summis insimisq; iura æquasse.
Plus pollere multorum ingenia consiliaq;: uerarent in animis
secum unamquamque rem, agitarent deinde sermonibus, atque
in medium, quid in quaque re plus minusve esset, conferrent.

Cum ad rumores hominum de unoquoque legum capite edito-
satis correctæ uiderentur, centuriatis comitiis perlatæ sunt. Post
hanc igitur legis propositionem, trinundino etiam promulga-
da erat. In quo duo potissimum quæ ambigua uidentur, nobis
explicanda sunt. Primum, quid esset illud trinundino promul-
gare: alterum, dicereturne lex tum ferri cum ita promulgabatur,
an uero die modò comitiorum ferri legem dicere oporteat. Tri-
nundino promulgare, est legem quam proposueris tribus die-
bus nundinarum aduocata concione ita recitare, ut de singulis
capitibus

A

capitibus populum & doceas, & doceri adhibitis aliis suasoribus
 facias: data interim facultate, ut qui uolet, legem improbare dis-
 suadereq; possit. Erant autem nundinæ, ut ait Macrobius lib. 1. *nundinae*
 Satur. cap. 16. seriae paganorum, id est rusticorum, quibus conue-
 niunt negociorum propriis, uel mercibus prouisuri. Fiebant autem
 nono quoque die: unde etiam nomen habuerunt, ut scribit Plu-
 tarc. in Coriolano & Dionys. lib. 2. Illis ergo nundinarū diebus,
 quia frequentior solebat esse populi multitudo propter rusticor-
 rum in urbem conuentum, propterea institutum erat, ut illis
 potissimum diebus leges promulgarentur. Id quod docet eodem
 illo loco Macrob. his uerbis: Rutilius scribit Romanos insi-
 tuisse nundinas, ut octo quidem diebus in agris rusticis opus face-
 rent, nono autem die intermissio rure ad mercatum legesq; acci-
 piendas Romam uenirent: & ut scita atque consulta frequentiore
 populo referrentur: quæ trinundino die proposita à singulis atq;
 uniuersis facile noscebantur. Vnde etiam mos tractus, ut leges
 trinundino die promulgarentur. Atque ego quidem primis tem-
 poribus lege cautum non fuisse existimo, ut trinundino leges
 promulgarentur, ut ex eo colligi potest quod scribit T. Liuus
 lib. 4. Dec. 1. Mamercum Aemilium Dictatorem aduocata con-
 cione dixisse, legem se laturum ne plusquam annua ac semestris
 esset Censura: quam legem consensu ingenti populi postero die
 pertulerit. Et quoniam multo tempore hæc lex Aemilia lata est
 post leges duodecim tabularū, inde planū est legibns duodecim
 tab. id minime cautū fuisse: alioqui hæc lex iure lata non fuisse
 quæ trinundino promulgata nō esset: Nec sane reperit lex de ea re
 fuisse ante lege Cæciliam, & Didiam, quæ lata est Consulibus Q.
 Cæcilio Metello Nepote, & T. Didio, anno urbis D C L VI. *D*
 Quod autem de legibus trinundinum promulgandis uno capi-
 te huius legis cautum esset, Cicero ostendit cum ita scribit, pro
 domo sua: Si quod in cæteris legibus trinundinum esse oportet, id in adoptione satis est trium esse horatrum, nil reprehendo.
 Sin eadem obseruanda sunt decreuit Senatus M. Drusi legibus,
 quæ contra legem Cæciliam & Didiam latæ esset, populum non
 teneri. Idem hoc diligentius, poena etiam adiecta, postea cau-
 tum fuit lege Licinia & Iunia, lata à L. Licinio Muræna & D. Lu-
 nio Syllano Consulibus, eo anno qui secutus est Ciceronis Con-
 sulatum. Cicero quinta Philipp. Vbi lex Cæcilia & Didia? ubi
 promulgatio trinundinum? ubi poena recenti lege Iunia & Lici-
 nia? Si igitur ante eas leges obseruaretur trinundini promulga-
 F tio,

Ftio, quemadmodum passim in historia Dionysii legitur, consuetudine id potius quam legis necessitate obseruatum fuisse exsi stimo. Quod uero iis tribus nundinarum diebus recitari legem oporteret, ac populum doceri, ex eo apparet quod scribit Dionysius lib. 10. Tribunos plebis lege proposita trinundini spacium dedisse, ut interim suadendi ac dissuadendi potestas esset. Vnde apud Ciceronem lib. 3. de Legibus ponitur lex huiusmodi: Rem populum docento: doceri a magistratibus priuatissimis patiuntor. Quam legem paulo post dicit Romae obseruari solitam. Quo

Gfit ut lege proposita non modo a magistratibus doceri populum oporteret, sed etiam a priuatis data eis concione a magistratu. Neque enim priuato licebat ex rostris uerba ad populum facere, nisi a magistratu quis produceretur: uti Cicero in Vaticanum satis ostendit cum ita scribit: Cum L. Vettium qui in Senatu confessus esset se cum telo fuisse, mortem Cneo Pompei, summo & clarissimo ciui suis manibus adferre uoluisse, in concionem produxeris: indicem in rostris, in illo inquam, augurato templo ac loco colocaris, quo auctoritatis exquirendae causa cœ

Hteri Tribuni pl. principes ciuitatis producere consueuerunt. Et Liuius lib. 5. Decad. quintæ. Cum ita traditum esset, ne quis prius intercederet legi, quam priuatis suadendi dissuadendi legem potestas facta esset. Exempla huius rei frequentia sunt in historia. Legem Maniliam suasit Cicero, dissuadebant Catulus & Hortensius, legem Agrariam Rulli dissuasit Cicero. Leges Cœsariae in primo Consulatu suaserunt Pompeius & Crassus. Solebant enim qui legem ferre uolebant, sibi uirum aliquem magna auctoritate prædictum, consiliare & adiungere, qui populo suaderet, ut legem accipere qui legislator appellari solet. Cicero. 3. de Legib. Itaque isti rationi, neque lator quisquam est inuentus, nec auctor unquam bonus. Et paulo post. Nam Cassiae legis cul

Ipam Scipio tuus sustinet, quo auctore lata esse dicitur. Qui igitur primas partes suadendæ legis habebat, is auctor dicebatur: qualis fuit Pompeius in lege P. Lentuli Consulis, qua reuocatus est ab exilio Cicero: ut apparet ex oratione post red. ad Quirites. In qua etiam oratione, continetur summa orationis, quam habuit Pompeius ad populum. Ex quo intelligimus, in lege promulganda non recitari modo legem, sed etiam docendi populi causa orationem addi solitam. Tu uero Cicero pro Flacco scribit more instituto maiorum, populi suffragiis legem non committi, nisi auditis ante auctoribus, re per multos dies promulgata &

Kco-

cognita. Ex quo id colligi potest, quod modò diximus, legum promulgationem nō fuisse nudam recitationem, sed etiam oportuisse populum oratione doceri: idq; toties quoties promulgabatur. In quo etiam illud obseruandum, quod ait Cicero in orat. post red. in Senatu, decreuisse Senatum ut agerentur gratiæ iis, qui ex municipiis uenissent primo die promulgationis: simulq; ut rogarentur, ut pari studio conuenirent reliquis diebus, cum lex eadem rursus ad populum referenda esset. In superiore autem oratione, quam habuit ad Quirites, dicit ter conuenisse Italiam cunctam nomine suo, & se in patriam ter decretis Italiæ cunctæ reuocatum. Ex iis enim locis intelligi potest, cum lex ita trinundino promulgabatur, solitum fuisse populum significationem dare acclamationibus legem sibi acceptam esse aut non esse, antequam dies suffragii ueniret. Hoc enim est, quod ait Cicero decretis Italiæ ter se reuocatum. Neque enim de suffragiis intelligi potest: præsertim cum tot comitiis eandem legem iuberet abire dum sit, & nundinis comitia habere fas, nō esset, ut nos amplius postea ostendemus, cum de tempore Comitiorum disputabimus. Recitabatur ergo tribus nundinarum diebus lex in concione, simulq; docebatur singulatim populus, & rogabatur ut legem accipere uellet: proditaq; die qua comitia haberentur, legis ferendæ causa, ut ad illam diem frequens adesset, rogabatur. An uero qui trinundino ita promulgabat legem, ferre eam diceretur, an ea solum die qua populus erat suffragium dicturus, ego de ea res sentio, uerè quidem ac propriè ferri legem, cum populi suffragiis committitur: ideoq; cum apud autores reperimus diem ferendæ legis, de die comitiorum intelligimus: quin tamen legem et ferre diceretur qui trinundino promulgabat, negari non potest. Neque enim aliud significat legem aut rogationem ferre, ut Gre cum uerbum eispherie ostendit, quam in mediū adserre. Quoties igitur concionem quis uocabat, ut suam legem populo exhiberet, toties ferre legem dicebatur. Qui tamen illo trinundino magis cognitionis causa lex populo exhibebatur, quam ut eius suffragiis tum comitteretur, propterea illa uerius promulgatio legis quam latio uocabatur. Cicero per Sylla de rogatione L. Cæcili loquens, negat eam ferri coepitam, quia et si proposita esset, & de ea actum in Senatu, populo tamen in concione exhibita non esset: unde efficitur eum ferre legem incipere qui nundinis promulgat. Ac de legum quidem promulgatione hactenus. Nunc in iudiciis quid ante diem comitiorum fieri oporteret,

F pauca dicamus. Cicero pro domo sua: Moderata populi iudicia sunt à maioribus constituta: primum, ut ne pena capitis cum pecunia cuniungatur: deinde, ne nisi predicta die quis accusetur: ut ter ante magistratus accuset intermissa die, quā mulctam irroget aut iudicet: quarta sit accusatio, trinundinum prodita die, qua die iudicium futurum sit. Ex hoc loco perspicuum est, ante comitia iudiciorum oportuisse trinundino prodi diem quo haberentur comitia. Et quoniam priuilegium, quo perduellionis crimen iudicabatur, lex erat Centuriata, ut supra demonstrauimus:

G mus: propterea omnibus Centuriatis legibus commune esse dicimus, ut trinundino proderetur dies comitiorum. Quod uero ait Cicero trinundino prodi diem qua iudicium futurum esset, non ita accipi debet, quasi nihil aliud fieret illo trinundino, quā ut proderetur dies: sed quia lege lata iudicium hoc peragebatur, tribus illis nundinarum diebus lex in concione recitabatur, ceteraque peragebatur quae in legum promulgatione obseruari diximus. Hoc igitur omnibus Centuriatis comitiis magistratum, legum, & iudiciorum conueniebat, ut eo quo dixi modo, dies comitiorum ediceretur, & trinundini tempus relinqueretur inter edictum & diem comitiorum. Ex quo consequens est, Centuriata illa comitia quae apud Gellium lib. 15. cap. 27. scribuntur ex Lælio Felice, per cornicinem calari, non pertinere ad alia Centuriata comitia, quā quae regis sacerorum inaugandi causa habebantur: in quibus pro edito erat huiusmodi per cornicines populi conuocatio. Erat autem & illud communiter obseruandum in omnibus, ut Senatus auctoritate haberentur comitia Cœturiata. Quod Dionysius ostendit lib. 9. cum ait, hoc discrimen

I fuisse inter Tributa comitia & alia, quod Tributis Senatus auctoritate opus non erat, in reliquis necesse erat Senatus auctoritate tem accedere. Porro illud animaduertendum est, primis quidem temporibus post habita comitia patres auctores fieri solitos. Unde apud Liui lib. 1. Quirites regem creare, ita Patribus uisum. Patres deinde, si dignum qui secundus à Romulo numeretur creatitis, auctores fieri. Et paulo post de Tullo Hostilio: Regem populus iussit: patres auctores facti. Quod idem de Anco Marcio scribit, & multis aliis in locis. At postea patres ante comitia auctores fieri oportebat. Illud enim est quod T. Liui libro primo scribit: Decreuerunt ut cum populus regem iussisset, id sic ratum esset, si patres auctores fierent. Hodieque in legibus magistribus rogandis usurpatur idem ius ut ademptum: prius quam

*comitiorum
auctores fieri
comitiorum quo
calari
auctores
auctoritate
comitia*

*regem
tributis
temporibus
auctores
facti*

quam populus suffragium ineat, in incertum comitiorum even-
tum patres auctores sunt. Et in fine lib. sexti. 1. Decad. extat
concio Appii, in qua scribitur Centuriatis & Curiatis comitiis
patres auctores fieri. Quod idem Cicero dicit pro domo sua.
Quod uero Liuius lib. 8. 1. Decad. scribit à Dictatore P. Philo-
ne legem latam, ut legum, quæ comitiis Centuriatis ferrentur an-
te initum suffragium, patres auctores fierent: illud inquam aper-
tè ostendit ad illud usque tempus, post comitia patres auctores
fieri solitos: sed post hanc legem, ut patres ante auctores fierent,
fuisse necesse. Scribit etiam Appianus lib. 1. bell. ciuil. à Sylla le-
gem latam, ut nihil referretur ad populum, quod antè à Senatu
decreatum confirmatumç non esset: ut veteri, inquit, lege caueba-
tur. Quod ad plebiscita non pertinere hinc colligi potest, quod
Tribunis pl. potestatem agendi cum populo Sylla sustulerat. Et
Cicero pro plancio: Nam si ita esset quod patres apud maiores
nostros tenere non potuerunt, ut reprehensores essent comitio-
rum, id haberent iudices: uel quod multò etiam minus est fe-
rendum. Tum enim magistratum non gerebat is qui cœperat, si
patres auctores non erant facti. Ex iis omnibus apparet, in
omnibus Genturiatis comitiis fuisse necessariam Senatus aucto-
ritatem. Vnde fit ut passim in historia Liuii, ubi mentio est co-
mitiorum magistratibus creandis indicitorum, senatuscōsultum
præcessisse reperiamus. Et Cicero libro quarto ad Atticum in
epist. cuius initium est, Occupationum: Comitia dilata ex se-
natusconsulto. Et paulò post: Senatus decreuerat ne prius comi-
zia haberentur, quam lex lata esset. Si quis intercessisset res in te-
gia referretur. Cœpta ferri leuiter: intercessum, non inuitis:
Res ad Senatum. De ea re ita censuerunt: comitia primo quo-
que tempore haberi censere. Ex quo Ciceronis loco perspi-
cuum est, in magistratum comitis auctoritatem Senatus us-
que adeo fuisse necessariam, ut non modò iubendi, sed etiam
differendi & impediendi comitia in Senatu potestas esset. In legi-
bus uero ferendis necessariam Senatus auctoritatem fuisse lex il-
la Cornelia, quam ex Appiano citauimus, ostendit. Ex eo au-
tem quod legimus in oratione pro Sylla, factum esse in lege L.
Cæcili, colligimus legitimam hanc fuisse rationem legis fe-
rendæ, ut ea proposita ad Senatum referretur, priusquam ad
populum ferre quis inciperet: nisi lex de ea re esset quæ ante
in Senatu agitata esset, factumç S. C. ut ad populum ferre-
tur. De edicto quod ante comitia Centuriata premittebatur,

hostia

F & de Senatus auctoritate, hactenus. Sequitur nunc ut de auspiciis agamus. Neque enim haberi comitia Centuriata ulla iure poterant, nisi captatis ante auspiciis. Captare autem auspicia, erat ex aliis, cæterisq; signis auguralis disciplinæ propriis, Iouis uoluntatem interpretari. Erant enim Romani iam inde ab Romuli ac Nuniæ instituto religionis obseruantissimi; ut fere nec publicè, nec priuatim quicquam aggrederetur, diis inconsultis. Fere autem duobus generibus consulendi deos, priusquam aliquid inciperent, utebantur Vnum erat per exta hostiarum, quas immola-

G re solebant: ad quam diuinandi rationem adhiberi solebant artuspices, ut frequentissimè in historiis occurrit, & multis uerbis explicatur à Cicerone, secundo de Diuinatione. Alterum erat ex aliis & cæteris signis, unde Iouis sententiam diuinare solebant, ad quam rationem diuinandi augures adhibebantur. Cicero. n. 2. de Legib. appellat augures, Iouis Opt. Max. interpres: & lib. 3. Iouis consiliarios & ministros: quod cum Iupiter auspicia mittere & signa crederetur, ipsi sua quadam disciplina, quæ auguralibus libris continebatur de illis iudicabant, fausta ne, an infau-

H sta essent: quodq; ipsorum collegium decreuisset, id ratum omnino ut haberetur cautum erat. Dixi autem ex aliis & signis cū Cicerone, secundo de Legibus ubi ita scribit: Diuinationem, quā Græci manticin appellant, esse censeo, & huius hanc ipsam partem, quæ est in aliis cæterisq; signis disciplinæ nostræ. Hæc autem duo eò pertinent, ut ne quis existimet ex aliis tantum augures futurorum prædictiones accepisse. Nam & auspicia, que sunt quasi auspicia, quanquam proprie significant ex aliis sumptas diuinationes, tamen usu effectum est, ut multò latius patet uerbum auspiciorum, & complectetur etiam signa alia ad augurum disciplinam pertinientia. Ego autem quatuor ferè generibus contineri omnia signa anguralis disciplinæ reperio. Primum ex aliis: Alterum è cælo: Tertium ex terrenis quibusdam animantibus: Quartum ex diris. Ex aliis signa obseruantur tripliciter: ex uolatu, ex occentu, ex tripudio. Ac uolatu quidem auium captari augurium ostendit, cum historia Romuli & Remi, tū id quod Cicero scribit lib. 1. de Diuin. auguralibus libris contineri, Corrum à dextra uolantem, Cornicem à sinistra ratum facere. Et lib. 2. de Diuin. ita scribit: Quæ est igitur natura, quæ uolucres huc & illuc passim uagates efficiat, ut significant aliquid: & tum uerè agere, tū iubeat aut cātu aut uolatu? Ex quo loco apparet, nō modo uolatu, sed etiā occētu auguriū acci-

I pi.
*quatuor...
genita augur
Ex aliis disciplinis*

K & de Senatus auctoritate, hactenus. Sequitur nunc ut de auspiciis agamus. Neque enim haberi comitia Centuriata ulla iure poterant, nisi captatis ante auspiciis. Captare autem auspicia, erat ex aliis, cæterisq; signis auguralis disciplinæ propriis, Iouis uoluntatem interpretari. Erant enim Romani iam inde ab Romuli ac Nuniæ instituto religionis obseruantissimi; ut fere nec publicè, nec priuatim quicquam aggrederetur, diis inconsultis. Fere autem duobus generibus consulendi deos, priusquam aliquid inciperent, utebantur Vnum erat per exta hostiarum, quas immola-

G re solebant: ad quam diuinandi rationem adhiberi solebant artuspices, ut frequentissimè in historiis occurrit, & multis uerbis explicatur à Cicerone, secundo de Diuinatione. Alterum erat ex aliis & cæteris signis, unde Iouis sententiam diuinare solebant, ad quam rationem diuinandi augures adhibebantur. Cicero. n. 2. de Legib. appellat augures, Iouis Opt. Max. interpres: & lib. 3. Iouis consiliarios & ministros: quod cum Iupiter auspicia mittere & signa crederetur, ipsi sua quadam disciplina, quæ auguralibus libris continebatur de illis iudicabant, fausta ne, an infau-

H sta essent: quodq; ipsorum collegium decreuisset, id ratum omnino ut haberetur cautum erat. Dixi autem ex aliis & signis cū Cicerone, secundo de Legibus ubi ita scribit: Diuinationem, quā Græci manticin appellant, esse censeo, & huius hanc ipsam partem, quæ est in aliis cæterisq; signis disciplinæ nostræ. Hæc autem duo eò pertinent, ut ne quis existimet ex aliis tantum augures futurorum prædictiones accepisse. Nam & auspicia, que sunt quasi auspicia, quanquam proprie significant ex aliis sumptas diuinationes, tamen usu effectum est, ut multò latius patet uerbum auspiciorum, & complectetur etiam signa alia ad augurum disciplinam pertinientia. Ego autem quatuor ferè generibus contineri omnia signa anguralis disciplinæ reperio. Primum ex aliis: Alterum è cælo: Tertium ex terrenis quibusdam animantibus: Quartum ex diris. Ex aliis signa obseruantur tripliciter: ex uolatu, ex occentu, ex tripudio. Ac uolatu quidem auium captari augurium ostendit, cum historia Romuli & Remi, tū id quod Cicero scribit lib. 1. de Diuin. auguralibus libris contineri, Corrum à dextra uolantem, Cornicem à sinistra ratum facere. Et lib. 2. de Diuin. ita scribit: Quæ est igitur natura, quæ uolucres huc & illuc passim uagates efficiat, ut significant aliquid: & tum uerè agere, tū iubeat aut cātu aut uolatu? Ex quo loco apparet, nō modo uolatu, sed etiā occētu auguriū acci-

pi. Et lib. i. de Diuī. Eadēq; efficit in auibus diuīna mēs, ut tū huc
tū illuc uolent alites: tum in hac, tum in illa parte se occultent . tū
à dextra, tum à sinistra parte canant oscines. Et T. Liuius lib. i o.
1. Dec. Ante Consulem hæc dicentem , Coruus uoce clara occi-
nuit . Quo lætus augurio Consul.

Et Virgilius :

Sæpe sinistra caua prædixit ab illice Cornix .

Quò etiam pertinet id quod est apud Aulum Gellium li-
bro sexto. cap. 6. de auibus præpetibus & inferis . Tripudio au-
tem augurium accipiebatur , ex pullis modò gallinaceis , quos
in cauea inclusos afferuabant pullarii : quibus è cauea eductis,
pastus obiiciebatur : tumq; ex pascendi ratione , cæteroq; ge-
stu pullorum , augurium accipiebat pullarius , quod deinde ad
magistratum referebat , à quo iussus eset captare auspiciū .
Cuius rei exemplum est illustrissimum apud T. Liuium lib. i o.
1. Dec. Tertia uigilia noctis ī relatis literis à collega, Papyrius
silentio surgit , & pullarium ī auspiciū mittit . Nullū erat genus
hominū in castris intactum cupiditate pugnæ : summi infimiq;
que intenti erant: dux militum, miles ducis ardorem spectabat.
Is ardor omnium etiam ad eos qui auspicio intererant, peruenit.
Nam cum pulli non pascerentur, pullarius auspiciū mentiri au-
sus, tripodium solistimum Consuli nunciauit . Consul lætus auspi-
ciū egregium esse, & deis auctoribus rem gesturos pronunciat, si
gnūq; pugnæ proponit . Et paulò post : Alteratio inter pulla-
rios orta de auspicio eius dici, exauditaq; ab Equitibus Ro. Qui
rem haud spernendam rati Sp. Papyrio fratri filio Consulis, am-
bigi de auspicio pronunciauerunt . Iuueais ante doctrinam deos
spernentem natus, rem inquisitam, ne quid incomptum defer-
ret, ad Consulē detulit Cui ille: Tu quidem macte uirtute diligen-
tiaq; esto . Cæterum qui auspicio adest, si quid falsi nunciat, in se-
metipsum religionem recipit . Mihi quidem tripodium nun-
ciatum populo Romano exercituiq; egregium auspiciū est .
Aliud exemplum memorabile est apud Valerium Maximum
libro primo cap. quarto . P. Claudius bello Punico primo , cum
prælium nauale committere uellet , auspiciaq; more maiorum
petuisset, & pullarius non exire pullos cauea nunciasset, abiici eos
in mare iussit: dicens, quia esse nolunt, bibant . Est & aliud exem-
plum C. Hostilii , cui malum auspiciū nunciatum est , quod
pulli cauea educti , in proximam syluam fugissent : summāq;
diligentia quæsiti , reperiti nequivissent . Cicero 1. de Diuin.

- F** Ille mihi uidetur igitur uerè augurari. Nam nostri quidem magistratus auspiciis utuntur coactis. Necesse enim est offa obiecta cadere frustum ex pulli ore eum pascitur. Quod autem scriptum habetis tripudium fieri, si ex ea quid in solidum ceciderit, hoc quoque, quod dixi, coactum tripudium solistum dicitis. Et libro secundo de Diuinat. Tum ille, dico si pascuntur: Pascuntur. Quæ aues, aut ubi? Attulit, inquit, in cauea pullos is, qui ex eo ipso nominatur pullarius. Hæ sunt igitur aues internunciae Louis: quæ pascantur, necne, quid refert?
- G** Nihil ad auspicia. Sed quia cum pascuntur, necesse est aliquid ex ore cadere, & terram pauire, terripauium primo, post terripauium dictum est: hoc quidem iam tripudium dicitur. Cum igitur offa cecidit ex ore pulli, tum auspicanti tripudium solistum nunciatur. Ergo hoc auspiciu[m] diuini quicquam habere potest, quod tam sit coactum & expressum? Quo antiquissimos augures non esse usos arguento est, quod decretum collegii uetus habemus, omnem auem tripudium facere posse. Tum igitur esset auspiciu[m], si modo esset ei liberum se ostendisse: tum
- H** auis illa uideri posset interpres & satelles Louis. Nunc uero inclusa in cauea, & fame enecta, si in offam pultis inuidit, & si aliquid ex eius ore cecidit, hoc tu auspiciu[m], aut hoc modo Romulum auspicari solitum putas? Secundum genus auspiciorum erat in seruando de celo. Erat autem seruare de celo, attentius circunspectando obseruare, num qua parte celi aliquid se ostenderet, unde diuinationem accipere posset. Huius exemplum est apud Dionysium libro secundo ubi ita scribit: Ad ea Romulus gratum sibi esse respondit, quod hominum iudicio dignus habitus esset, qui Romæ rex esset: eum tamen honorem se non ante recepturum, quam deorum numini idem place re faustis auspiciis demonstratum esset. Consentibus cunctis diem indixit, qua captaret auspicia. Quæ ubi uenit, prima luce domo exiens, in loco puro sub dio stetit, factoq[ue] legitimo sacrificio precatus est louem regem, cæterosq[ue] deos, quod præfides suæ coloniæ fecerat, ut si regem esse uellent, prospera de celo signa darent. Finita oratione fulgur se ostendit à sinistra ad dextram procedens. Erat autem Romanis fulgur sinistrum in optimis auspiciis. Hactenus Dionysius. Aliud exemplum est apud Liuum libro primo de Numa. Accitus, sicut Romulus augurato in urbe condenda regnum adeptus est, de se quoque consuli iussit. Inde ab augure, cui deinde honoris gratia,
- I**
- K**

tia, publicum id, perpetuumqz sacerdotium fuit, deductus in ar-
 cem, in lapide ad meridiem uersus consedit. Augur ad lexuam
 eius capite velato sedem cepit, dextra manu baculum sine nodo
 aduncum tenens, quem lituum appellauerunt. Inde ubi prospe-
 ctu in urbem agrumqz capto deos precatus, regiones ab oriente
 ad occasum determinauit: dextras ad meridiem partes, lexuasqz ad
 septentrionem esse dixit: signum contra quoad longissime con-
 spectum oculi ferebant, animo finiuit: tum lituo in lexuam ma-
 num translato, dextra in capite Numæ imposta, precatus est
 ita: Iupiter pater, si est fas hunc Numam Pompilium, cuius ego
 caput teneo, regem Romae esse, ut tua signa nobis certa ac clara
 sint inter eos fines quos feci. Tum peregit verbis auspicia quæ
 mitti uellet. Quibus missis declaratus rex Numa de templo de-
 scendit. Hactenus Liuius. Ego uero ex obseruatione antiquitatis
 collegi, non modo in urbe, sed etiam in agris augures tempora
 fine potuisse ad auspicandum. Erant enim tempora auguribus re-
 giones, aut agri certo carmine ab auguro lituo finiti & nota*cō*
 secratiqz, unde in omnes cceli partes ad augurium captandum li-
 ber erat aspectus: adeoqz liberum quoquo uersus aspectum esse
 oportebat, ut interdum augures ea quorum altitudo auspiciis
 officeret, demoliri iuberent. Vnde in historiis reperitur C. Ma-
 riush *ad*em honoris summisiorem aliis fecisse, ne si forte obesset
 auspiciis publicis, augures eam demoliri iuberent. Diuidebantur
 autem partes celi ab auguribus aliter quam ab Hetruscis. Nam
 ut Cicero 2. de Diuin. scribit, Hetrusci in sedecim partes cœlum
 diuiserunt: augures in quatuor. Et hi quidem, ut ex loco Liuji
 appetit dextras ad meridiem, sinistras ad septentrionem facie-
 bant. Quare necesse, ut antica pars iis eslet ad orientem, po-
 stica ad occidentem: quemadmodum etiam testatur Diony-
 sius libro secundo ubi ait augures spectare orientem solitos
 dum auspicabantur: & Plutarchus in Proble. Nec repugnat
 quod ait Liuji, Numam ita sedem cepisse, ut ad meridiem
 uersus spectaret. Neque enim oportet, ut augur eam cœli par-
 tem spectet quam is cui in auspicio erat: neque eandem immo-
 tamqz sedem tribuit auguri sicut Numæ. Hetrusci uero singu-
 las harum quatuor rursus in quatuor diuidebant: itaque sedecim
 partes efficiebant: anticas ab exortu quatuor, posticas ab occasu
 totidem: dextras ad meridiem quatuor, sinistras ad septentrionem
 quatuor. Est aut & illud obiter animaduerteret, ad Hetruscos
 qui erant aruspices ea signa de cœlo pertinuisse, quæ prodigio-
 sum

F sum aliquid ostentosumq; habere uiderentur, ut si quæ ædes cœlo percussæ, si repente & inopinatò quispiam fulmine iectus cedisset, aut si qua alia signa inusitata in cœlo apparuisserent. Augures uero ita de cœlo seruabant, ut si intonuisset, si fulgurasset, neque in iis simul aliquid inusitatum accidisset, spectarent. Itaque signa modo usitata, & nil prodigiæ habetia ad collegiū augurum pertinebant. Nec alia fuisse signa, unde diuinationem acciperent augures seruando de cœlo, reperio, q; si tonuisset aut fulgurasset. Cicero secundo de Diuuiat. Itaque in nostris commentariis scri

G ptum habemus, Ioue tonante fulgurante comitia pupuli habere nefas. Hoc fortasse Reip. causa constitutum est. Comitiorum enim non habendorum causas esse voluerunt. Itaque comitorum solum uitium est fulmen, quod idem in omnibus rebus optimum auspiciū habemus, si finistrum fuit. Vnde apud Ciceronem 1. de Diuin. Partibus intonuit coeli pater ipse finistris. Et lib. 2. Cum tonuit læuum bene tempestate serena. Ergo qui augurium captabant de cœlo, omnibus quidem in rebus præter q; in comitiis, si fulgurasset, aut tonuisset à læua, bonum auspiciū

H interpretabatur. Vnde fit, ut finistrum auspiciū diceret Roma ni pro bono auspicio: ut Cicero inquit. 2. de Diuin. Quanquam haud ignoro quæ bona sint, sinistra nos dicere etiam si dextra sint. Cuius rei rationem reddere conatur Plutar. in Probl. dicēs finistrum à finendo dictum esse: quæ ergo auspicia fineret, rem peragi ob quam dii consulebantur, ea sinistra quasi finentia appellata esse. At si à dextra alterum horum evenisset, infastum semper auspiciū interpretabantur. Tertium genus auspiciorum erat ex terrenis animalibus. Sribit Plin. libro octa cap. quinquagesimo septimo Soricum occentu dirimi auspicia annales refertos habemus. Et Valerius Maximus libro primo cap. primo. Occentus soricis auditus Fabio Max. dictaturam, C. Flaminio magisterium equitum deponendi causam præbuit. Ex quibus appetit auspiciū ex soricibus capi. Verum ego existimo hæc ex quadrupedibus auspicia potius capi, quam captari solita. Quod idem etiam existimo dicendum de iis auspiciis, quæ ex uariis casibus hominum capiebantur: qualia sunt quæ Tib. Graccho & Cæsari accidisse leguntur, antequam occidetur. Vnum erat proprie ad comitia pertinens, ex homine sumptum auspiciū, quo dirimendis tantum auspicis utebantur.

K Nam si ipsis comitiis morbo Herculeo correptus quisquam repente concidisset, dissoluenda erant comitia, nec iusta eo die haberi

beri poterant: unde etiam illi morbo nomen est comitialis, ut docet Serenus his uerbis: Est subiti species, morbi cui nomen ab illo, Quod fieri nobis suffragia iusta recusat. Sæpe etenim mēbris acri langore cædulæ Concilium populi labes horrenda diremit. Quartum genus auspiciorum erat ex diris. Nam diras fuisse inter auspicia Cicero primo de Diuin. ostendit his uerbis: Etenim diræ sicut & cætera auspicia, ut omina, nt signa, nō eas afferunt cur quid eueniāt, sed nunciant euentura nisi prouideris. De dirarum obnunciatione erat historia M. Crassus aduersus Parthos proficiscens apud Appianum & Plutarchum. Propteræa enim iudicatum est, Crassum bellum aduersus Parthos infaustis auspiciis gessisse, quod Ateio Trib. pleb. diras obnunciari parere noluit. Ac de generibus quidem auspiciorum satis super p̄ dictum est. Nunc ea quæ propius attingunt, comitia trætemus. In quo illud primum animaduertendum est, quod scribit Dionysius libro secundo: Exinde mos inuauit apud posteros, ut regnum alium ve magistratum nemo acciperet diis incōfultis. Ac per multas quidem ætates diligenter obseruata est à Romanis legitima ratio auspiciorum, non modo sub regibus, sed etiam in Consulum, Prætorum, aliorumq; magistratuū creatione. At nostra ætate desit obseruari: nisi quod eius modo species quædam & similitudo superest, ne pars hæc religionis plane neglecta uideatur. Qui enim magistratum accepturi sunt, prima luce loco aperto expositi diis supplicant. Tum ex auguribus publicis qui adsunt, nonnulli nunciant illis fulgur sinistrum, quod omnino non factum sit. Illi augurium ex uoce accipientes, abeunt magistratum accepturi: alii quidem satis esse existimantes nulla sibi aduersa auspicia fuisse: alii uero etiam repugnantibus diis. Hæc Dionysius fere ad uerbum. ex quibus apparet posterioribus temporibus Romanos religionis auspiciorum parum fuisse obseruantes. Quod Cicero etiam lib. de Legibus secundo scribit: Sed dubium non est, quin hæc disciplina & ars augurum euanuerit iam & uetustate & negligentia. Ita neque illi assentior, qui hanc scientiam negat unquam in nostro collegio fuisse, neque illi qui etiam nunc putat. Et lib. 2. de Diuinat. Errabat multis in rebus antiquitas, quam uel usu iam, uel doctrina, uel uetustate immutatam uidemus. Retinetur autem, & ad opinionem vulgi, & ad magnas utilitates Reipub. mos, religio, disciplina, ius augurum, collegii auctoritas. Et paulo post: Etenim ut sint auspicia, quæ nulla sunt, hæc certe quibus uti-

Morbo
terculoz
gratia
na dictua

Fur siue tripudio siue de cælo, simulacra sunt auspiciorum, auspi-
cij nullo modo. Q. Fabi te mihi in auspicio esse uolo. respondet,
audiui. Hic apud maiores adhibebatur peritus, nunc quilibet. Pe-
ritum autem esse necesse est eum, qui silentium quid sit intelligat.
Id enim silentium diximus in auspicis, quod omni uitio caret.
Hoc intelligere perfecti auguris est. Illi autem, qui in auspicium
adhibetur, cum ita imperauit is qui auspicatur: dicit, silentium
esse uidetur, nec suspicit nec circunspectit: statim respondet silentium
esse uideri. Ex iis Dionysii ac Ciceronis locis intelligi potest ad

Gusupationem modò uetus statis, auspicia Romæ posterioribus
temporibus retenta fuisse. Qui igitur comitia Centuriata erat ha-
biturus, ut auspicato habere comitia uideretur, priusquam in cā-
pum ueniret, in arce aut alio quodam, sed intra pomcerium loco
auspicabatur, ibiq; augurem quem sibi in auspicio esse iusserrat,
non tam consulere deos iubebat, quām bona esse auspicia pronū-
ciare. Itaque ex uoce auguris uerius quām ex ullo signo ex au-
bus, aut ex cælo sumpto auspicabantur. Quod autem dixi intra
pomcerium primum auspicari solitos magistratus, ostendi pos-
se uidetur ex eo, quod legitur Tib. Gracchus iterum Consul ta-

bernaculum uitio cepisse, quod obliuus esset auspicari priusquam
pomcerium transgressus esset. Ea historia sic narratur à Cicerone
secundo de Nat. deor. Tyberius è prouincia literas ad collegium
misit, se cum legeret libros, recordatum esse uitio sibi tabernacu-
lum captum fuisse in hortos Scipionis, quod cum pomcerium
postea intrasset habendi Senatus causa, in redeundo cum idem
pomcerium transiret, auspicari esset oblitus. Ac tabernacu-
li quidem hic mentio est, quia Centuriatis comitis haben-
dis imperari exercitum oportebat, quem intra urbem imperari
fas non erat. Ac primis quidem temporibus omnes ciues arma-
tos sub signis in suis quemque Centuriis conuenire oportebat,
ut multis in locis scribit Dionysius. Post uero non omnes ciues
armati in campum ueniebant, ut uel inde apparet, quod probabi-
le non est undique ex Italia armis onustos tempore pacis ciues
Romam ad comitia uenisse: sed tantum præsidij causa, ut ait Gel-
lius, paucoru hominu exercitus imperabatur. Nihilominus ta-
men semper Cōsul, quasi ad usurpationē uetus statis, extra pomce-

Irum tabernaculum habere dicebatur, die comitorū, uelut dux
exercitus. In quo capiendo tabernaculo uitium cōmitiebatur, si
priusq; pomceriu transgrederetur, auspicia aut non consuluisset,
aut aduersa apparuerint: tātumq; tribuebatur his auspicis taber-
naculi

naculi capiēndi, ut si hic peccatum esset, tota actio uitiosa, & inauspicata celeretur. Vnde Livius lib. 4. 1. Dec. Tertio mense quā magistratum inierant, augurū decreto perinde ac uitio creati honore abiēre: quod C. Curiatius, qui comitiis eorum p̄fuerat, parum recte tabernaculū cepisset. Et Consules P. Scipio & C. Fīgulus ē prouincia reuocati magistrū deposuerunt: quia iudicati sunt uitio creati à Tib. Graccho. Ergo primum auspicio cōsulēda erāt in capiendo tabernaculo: idq; antequam quis pomcerium egressus esset. Quin uero etiam extra pomcerium, priusq; comitia habere inciperet, rursus auspicarentur, negari nō potest, ut ego ex eo colligo quod scribit Livius lib. 4. Dec. 4. Q. Fabiū ex itinere p̄tter urbem in campum deseendisse, & comitia habuisse. Nisi enim extra pomcerium auspicatum fuisse. Q. Fabiū dicamus, oportebit hēc comitia nullis captatis auspicis habitu fuisse: quandoquidem ingressus pomcerium non sit Fabius. Et Plutarch. in vita Marcelli scribit, ideo solitos magistratus capere tabernaculū, ut in eo sederēt, pro captādis auspicis. Ac si nō dum ratis auspicis aliqua eos cauſā ī urbem retraheret, primum tabernaculum relinquere oportebat, & alterum capere ex quo denuo captarentur auspicia. Porrò autē huiusmodi auspicia prima luce captari solebāt, quemadmodū intelligi potest ex eo qđ paulo ante citauit ex Dionysio: tū uero ex eo quod scribit Macrob. lib. 1. Satur. c 3. & A. Gell. lib. 3. cap. 2. Nā magistratus qđ uno die iis auspicandum, & id agendū super quo processit auspicium, post medium noctem auspicantur & post solem exortum agunt. Ex iis etiam quæ ex Ciceronis secūd. de Diuin. paulo ante adscripti, perspicitur illa sua x̄tate duo genera auspiciorum usitata fuisse, tripudio, & de cælo. Ac tripudio quidē ita utebantur, quemadmodum supra exposui. Vnde lib. 1 o. epist. Fā. ad L. Planū ita scribit: Recitatis literis, oblata religio Cornuto est pullariorū admonitu, nō satis diligenter eū auspicis operā dedisse: idq; à nostro collegio cōprobatum est. Hēc autem auspicia Cornutus Pr̄tor consulerat Senatum habiturus. De cælo autem seruando à ueteri ratione discesserant, ut Cicero secund. de Diuin. ostendit his verbis: Iam de cælo seruare non ipsos censes solitos qui auspicabantur? Nunc imperant pullario, ille renūciat. Vetus igitur ratio seruandi de cælo, era, ut magistratus adhibito augure seruaret ipse de cælo, non omnia alteri crederet. At Ciceronis x̄tate pullario omnia credebat ipse, non auspicabatur. Et quoniam hēc duo genera auspiciorum reliqua erant: tripudio autem

F autem magis alibi uterentur quam in comitiis: restat ut comitiorum habendorum auspicia tota pene fuerint in seruando de cœlo. Itaque in hoc auspiciorum genere explicando paulo diutius immorandum est. In quo illud primum animaduertendum est, quod apud Ciceronem, & in omni historia frequenter reperiatur, loue fulgente tonante, agi cum populo fas non esse. Hoc est quo die aut fulgor apparuerit, aut tonitru auditum sit, nefas esse populi comitia habere. Neque uero satis erat eum ipsum, qui comitia erat habiturus, nihil tale aut uidisse aut audiuisse, sed etiam

G si quis alius, qui aut magistratus esset aut augur seruasset de cœlo, id est rei renunciasset qui uocare populum uellet, nefas erat comitia habere. Itaque non modo auspiciis parere, sed etiam obnunciationi magistratum oportebat. Hoc enim erat obnunciare, magistrati seruatum esse de cœlo renunciare: ideoque ne eo die loue prohibente comitia haberet, uetare. Vt autem pareretur obnunciationi, legibus cautum erat iam inde ab anno urbis 618. quo anno Consules Sex. Aelius & P. Furius, legem de ea re tulerunt

H Aeliam & Furiam uel Fusiam, de qua tam frequens est mentio apud Ciceronem. Hoc etiam locum loco ascribendum est, quod scribit Cicero 2. Philip. Sed cum Cæsar ita dixisset, tum hic bonus augur eo se sacerdotio praeditum esse dixit, ut comitia auspiciis uel impedire uel uitare posset: id est se facturum esse aseuerauit. In quo primum ineradicabilem stupiditatem hominis cognoscite. Quid enim istuc, quod te sacerdotii iure facere posse disti, si augur non es, & Consul es, minus facere potuisses? Vide etiam ne facilius. Nos enim nunciationem solum habemus: Consules & reliqui magistratus etiam spectionem. Esto hoc imperite, nec enim ab homine nunquam sobrio postulanda prudētia. Sed uidete impudentiam. Multis ante mensibus in Senatu dixit Dolabellæ comitia aut prohibitum auspiciis, aut id facturum quod fecit. Quisquam ne diuinare potest, quid uitii in auspiciis futurum sit, nisi q[uod] de cœlo seruare constituit, quod neque licet comitiis per leges: & si quis seruavit non habitis comitiis, sed priusquam habeantur, debet nunciare. In iis Ciceronis verbis multa possunt ad id quod agimus pertinentia obseruari. Primū enim ex eo quod illa duo coniunxit, uel impedire uel uitare auspiciis comitia, intelligimus si non haberentur comitia, quia obnunciatum esset, hoc fuisse impedire auspiciis comitia, & prohibere ne haberentur. Siin haberentur, obnunciatione ipsa dicebantur uitari, quasi contra auspicia habita, ut ratum esse nil posset

I quod

quod illis comitiis actum esset. In sequentibus paulò pōst uerbis dicit augures nunciationem auspiciorū tñ habuisse, magistratus uero & ipectionē, & nūciationē. Vnde intelligi pōt penes magistratus fuisse auspicia, ita ut ne auguribus quidem fas esset consulere auspicia, nisi à magistratibus iussi essent. Id enim est quod ait Cicero magistratus tantum, non etiam augures, habuisse spectionem auspiciorum. Nec repugnat id quod est apud Cicero, nem 2. de Legib. & apud Līvium lib. 5. Dec. 1. auspicia penes patricios fuisse: id enim sic intelligi debet, cum in Rep. nullus erat patricius magistratus, tum ad patricios redire auspicia. Cicero in epist. 5. ad Brutū ita scribit: Nunc per auspicia longā morā video Dū. n. unus erat patricius magistratus, auspicia ad patres redire non possunt. Ex eo opinor loco satís apparet quod diximus, nō aliter fuisse penes patricios auspicia, quām si nullus esset magistratus patricius, ut Interrex prodendus esset, uel quia exitu anni subrogati non essent noui magistratus, uel quia à Senatu iudicatum esset renouanda esse auspicia. Līvius lib. 5. 1. Dec. Consulibus morbo implicitis placuit per Interregnū renouari auspicia. Itaque cum ex S. C. Cōsules magistratu se abdicarent, Interrex creatur M. Furius Camillus. Erant igitur adeo penes magistratus auspicia, ut rebus publicis agendis nemo auspicari posset, nisi qui magistratum gereret: (Pontifices excipio, qui Calatis comitis habendis ius habebant auspiciorum). Postquam autem de celo seruatum erat, obnunciandi ius erat nō modò magistrati, sed etiam auguri, ut ex eodem illo Ciceronis loco apparet. Erant autem solennia & uelut concepta uerba obnūciantis, Alio die: quibus significabat in aliud diem differri debere comitia. Cicero 2. Philip. Cōfecto negocio, bonus augur Lælrium dices, Alio die, inquit. Et paulo pōst: Si nihil est cum augur his uerbis nunciat, quibus nunciasti: confitere te cūm, Alio die, dixeris soberum non fuisse. Et lib. 2. de Leg. Maximum autem & præstantissimum in Rep. ius est augurum, & cum auctoritate coniunctum. Neque uero quia sum ipse augur ita sentio, sed quia sic existimare nos est necesse. Quid enim maius est, si de iure querimus, quam posse à summis imperiis, & summis potestatibus comitatus, & cōcilia uel instituta dimittere, uel habita rescindere? Quid grauius quām rem suscep tam dirimi, si unus augur, Alio die dixerit? Ex postremis item illis Ciceronis uerbis, hæc duo intelligimus, Seruare de celo dum haberentur ipsa comitia nō licuisse per leges, sed ante comitia incepta id fieri debuisse: tum uero

B

C

D

E

Fuerò si quis seruasset, ante peracta comitia obnunciare debuisse, non post ea peracta. Neque tamen negari potest, quin cœptis comitiis si superuenisset tonitru, dirimerentur comitia. Vnde Pompeius cum Prætoris comitiis uideret Catonem Prætorē fieri, finxit se tonitru audiisse, eaç ratione direpta sunt eo die comitia. Et Liuius lib. 10. Dec. 4. Prætorū tribus creatis, comitia tempestas diremit: Illud quoque hoc loco obseruandum est de obnunciatione, licet augur aut magistratus obnunciando emētitus fuisset auspicio, hoc est renunciasset se aliquid seruando de cœlo uisisse aut audiuisse, quod nec uidisset nec audiisset, nihilominus tamen parendum fuisse: alioqui obstrictum religione se existimabat populus Rom. Id quod ex Philippicis Ciceronis apparet. Nam emētitum auspicio dicit Antonium, cum obnunciat comitiis Dolabella: & tamen ob illam obnunciationem dicit populum Rom. religione obstrictum, uitiosumq; Consulem appella Dolabellā. Verba eius ex 5. Philip. haec sunt: Quid quod cum eo collega tulit, quem ipse fecit sua nunciatione uitiosum? nihil ne ad auspicio bonus augur arbitrator pertinere. Id autem

Hut ita fieret, legibus cautū erat: ea ratione, q; ut ait Cic. 2. de Leg. auspicio magis retenta erant, ut ad Reip. tempus accommodarentur, quād quod quicquam ad agendi consilium pertinenter. Itaque ut multos inutiles comitiatus probabiles impediret moræ, legibus ac publicis institutis cauebatur, ut auspicio seruarentur, auguri pararetur. Vnde sit, ut Antonius multo ante prædictor se auspicis impediturum comitia Dolabellæ. Et Cicero libro 1. epist. ad Lentulum, scribit prouisum satis esse, ut ne quid p; populum agi posset de reductione regis Ptolemæi, saluis auspiciis: quod scilicet prouisum erat, ut esset qui obnunciaret, si quid ad populum de ea re ferretur. Ex quibus perspicitur, eo tempore uerius sibi finxisse auspicio, quād obseruasse: parendum tñ erat uel emētitis auspiciis, alioqui uitiosa actio censebatur. Illud etiā executiendū nobis est, quod ex Messala scribit A. Gell. lib. 13. c. 14. Patritiorum auspicio in duas sunt potestates diuisa. Maxima sunt Consulum, Prætorum, Censorum: reliquorum magistratum minora sunt auspicia. Maiora autem auspicia dicuntur habere, quia eorum auspicio magis rata sunt, quād aliorum. Ex

Kiis uerbis apparet auspicio in maiora & minora diuisa fuisse: ac maiora quidem maiorum magistratum, minora minorū fuisse. Quibus uerbis intelligere oportet fuisse Romanis magistribus maioribus & minoribus auspicandi potestatem, sed tamen non

non æque firma & rata omnibus fuisse auspicia: sed penes maiores
 magistratus fuisse magis rata & firma auspicia, penes minores
 minus rata: ita ut quæ auspicis maiorum magistratum fieret,
 ut erant ea quæ maximi in Rep. momenti erant, ita magis iusta
 ac legitima censerentur, quæ quæ minorum auspicis gereretur.
 Porro autem comitia Centuriata habere maiorum tantum ma-
 gistratum erat: quo fit, ut auspicia maiora iis comitiis accomo-
 data essent: ideoq; comitiis Centuriatis ferri solebat, si quid maxi-
 mè firmum ac sanctum esse Romani uellent. Itaq; Centuriata co-
 mitia, cum habere uellet aliquis ex maioribus magistribus, ad
 ea impedienda, non aliis de cælo seruandi ius erat, q; maioribus
 ite magistratibus. Id quod ex eo colligo, quod eodem loco scribit
 Messala: Ideo neq; Consules aut Prætores Censoribus, neq; Cen-
 sores Cōsulibus aut Prætoribus turbant aut retinēt auspicia. At
 Censores inter se, rursus Prætores Consulesq; inter se, & uitiant
 & obtinent. Ex iis uerbis apertum est turbandi uitiandive auspi-
 cia, maiora maioribus tantum magistratibus ius fuisse: neque id
 omnibus, sed collegis tantum inter se. Turbare autem aut uitare
 auspicia, est cum de cælo seruaueris obnunciatione efficere, ne pos-
 sit auspicato peragere quod statuerat magistratus, cui obnuncia-
 tur. Ergo ad impediendas Censoris actiones per auspicia collega
 solus auspicandi eius habebat. Nec locū habebat alterius cuiusq;
 obnunciatio in ea re, q; uel Censoris, uel auguris qui ei in auspi-
 cio fuerit. Qui enim augur adest magistratui auspicanti, ei dicit i
 auspicio esse. Cicero 2. de Diuin. Q. Fabi te mihi in auspicio esse
 uolo. Et Messala augur apud Gellium: Nos his temporibus Præ-
 tores, Prætore creante, ueterum auctoritatem sumus secuti, neq;
 iis comitiis in auspicio sumus. Ad impediendas uero Consulis
 actiones, seruandi de cælo ius erat, non modò alteri Consuli, sed
 etiam omnibus Prætoribus. Nam & Prætores Collegæ erant
 Consulum. Itaque Prætorum obnunciatio tantundem efficiebat
 atque Consulum. At Censoribus, quanvis maiores essent magi-
 stratus, uitare Consulum aut Prætorum auspicia non licebat: q; a
 inquit Gellius, Collegæ non sunt Censores Consulum aut Præ-
 torum. Hinc fit, ut impediendas actionibus Cæsaris in primo Cō-
 sulatu, reperiamus M. Bibulū collegam quotidie de cælo serua-
 re: sed quoniam coram obnunciare non auderet, per edicta ob-
 nunciatib; inquit Suet. in Cæsare. Quod uero dixi maiores mo-
 dò magistratus seruandi de cælo ius habuisse ad impediendas a-
 ctiones maiorum magistratum, ex eo etiam apertius intelligi po-
 test,

A

B

C

D

E

G

Fest, quod Gellius eodem illo loco scribit: In edicto Consulum quo edicunt, quis dies comitiis Centuriatis futurus sit, scriptum fuisset, ne quis magistratus minor de celo seruasse uellet. Hinc enim perspicuum est Consules cum habituri erant comitia Centuriata, noluisse obnunciatione impediri minorum magistratum: quin tamen maiorum magistratum obnunciatione impedirentur, non uetusse suo edicto. Neque tamen ignoro interdum contra edictum minores magistratus de celo seruare solitos. Scribit enim Cicero secunda Philip. Antonium Censoria comitia

Gnon habuisse quia Tribunus pl. fulmen sinistrum nunciasset. At tamen Centuriata comitia erant Censoria. Sed etiam aliis multis in rebus reperio Consulum actiones impeditas obnunciatione Tribunorum. Cicero lib. 4. ad Att. in epist: cuius initium est: Aute te certò, scribit Q. Metellum Consulem habiturum fuisse comitia Aedilium, nisi Milo obnunciasset. Et alio rursus die obnunciatione Malonis impeditum ne haberet comitia, paulò post scribitur. Et in oratione pro Sestio, dicit Sestium uenisse in templū Castoris, & Consuli Q. Metello obnunciasse. Verum ego de iis rebus ita sentio, Consules cum tributa comitia habere uellent, uetare non potuisse, quominus de celo seruaret qui uellet: quia ea comitia non modò maiorum magistratum erant, sed etiam minorum: ut opus non esset iis habendis comitiis maioribus auspiciis. At Centuriatis habendis maioribus auspiciis opus erat: ideoq; edicto uetare solebant Consules, ne minores magistratus de celo seruarent: ut scilicet maiora auspicia non uitarentur minoribus auspiciis. Quod si contra edictum minores magistratus de celo seruassent, non ex istimo Consuli parendum fuisset illi obnunciationi: ut ex eo apparet, quod Plinius lib. 28. c. 2. scribit:

In augurum certè disciplina constat, neque diras, neque illa auspicia pertinere ad eos, qui quanque rem ingredientes, obseruare se ea negauerint. Itaque quoties impedita obnunciatione Tribuni comitia Centuriata reperio ego, interpretor, uel eundem Tribunum augurem fuisset, cui etiam priuato obnuncianti parendum esse leges iubebant: uel sua sponte illi obnunciationi paruisse Consulem, cum patere non cogeretur. Nam & Cicero dicit, non fuisse necesse Antonium parere obnunciationi Tribuni pl. quominus haberet illa Censoria comitia quæ edixerat. Tametsi ipse alia causam adserat, quā rationem edicti ab Antonio propositi: nempe quod Antonius religiosus esset. Tua quid interest: nulla auspacia tuorum sunt, cum sis religiosus. Hoc est, cum sis obstrictus reli-

K

religione auspiciorum, nulla tibi sunt, auspicia: itaque obnunciatione nil moueri debuisti. Nā & i omni parte religionis q semel se religione obstrinxerat, donec ea exolutus esset religione, nil poterat in eo gerere amplius iustum ac legitimum peragere. Cum igitur Antonius ementiendis auspiciis le, populum q R. religione auspiciorum obstrinxisset, nil poterat auspicato peragere, nec tenebatur auspiciis, priusquam ea esset exoluta religio. Ut igitur cæteris in rebus parerent maiores magistratus minorum obnunciationi, certè in habendis Centuriatis comitiis non erat necesse parere: alioqui frustra huiusmodi edicta proposuissent, quibus ueterēt minores magistratus de cælo seruare. Ac de obnunciatione quidem satis dictū fit, omnino q de auspiciorū ratione, quod quidem attinet ad Centuriata comitia. Præter auspicia erant sacra quedam legitima, quæ fieri a magistratu ante comitia Centuriata oportebat. Dionysius lib. 7. Superioribus temporibus, quando populus erat de aliqua re, auctore Senatu, suffragium latus, comitia Centuriata aduocabant Consules, sacris ante factis, quæ lege statuta erant, quorum adhuc nonnulla nostra ætate fiunt. Et lib. 10. Patres aduersos Tribunos pl. his uerbis utūtur: Neque uos Senatus auctoritas ad magistratus uocat, nec curiæ de uobis suffragiū fuerūt, nec sacra facitis ante comitia, quæ lege fieri oportebat. Et alio loco eiusdem libri: Post hæc pontificibus præuentibus, & auguribus, & sacrificis duobus, & factis legitimiis sacris & precationibus, Centuriatis comitiis lex perlata est. Hæc sacra, hostiarum immolations erant, quibus in omnibus actionibus publicis pariter uti solebant. In quo finem facio tractandi de iis, que ante comitia spectanda esse dimicimus. Nam si edicto ante proposito, tecq per multos dies ante promulgata, senatus auctoritate, sacris factis, auspiciis addicetibus, nullaq obnunciatione interiecta, Centuriata comitia maior magistratus habere uellet, nil omiserat eorum quæ ad legitimum modum comitorum ante ipsa comitia requirebantur. Deinceps sequitur, ut de iis agamus quæ in ipsis comitiis obserabantur. Populus R. cui quidem ius erat suffragii, ad diem editi conueniebat in campo Martio: atque ibi priusquam in Centurias distribueretur, habebat magistratus concessionem ad populum, qua rogabatur ut id quo de ageretur, iubere aut uetare uellet. Ac si magistratum quidem essent comitia, solebat iis qui habebat comitia, rogare populum, ut ex iis candidatis quorum haberent rationē oporteret, quos tum omnes nominatim appellabat,

Fbat, crearet populus quos uellet Cōsules, Pr̄tores, Censorisve. Neq; tamē cum uoce quidem suffragium ferebatur, necessitas ea oratione populo imponebatur, ut non posset alios q̄ candidatos facere: sed libera suffragia relinquebantur, ut ex omnibus ciuibus crearet quos uellet, si modo ii essent, quorū ratio haberi legibus posset. Quin etiam legibus solutos s̄epe reperimus multos, ut creari possent, uel ante legitimam ætatem, uel absentes, uel decēnio nondū interposito inter eundem magistratum. Et multos qui non peterent, creatos inuenimus. Verum ista euenire non solebant, nisi ea tempora essent, in quibus magna uirtus alicuius Reip. necessaria uidebatur: quæ in potentibus tanta non erat populo cognita. Ordinarium autem ac legitimum erat, ut ex candidatis crearentur magistratus. Post leges tabellarias hi modo creari poterāt, quorum rationem haberi debere ante iudicatum esset, ut tabellis nomen eorum scriberetur. Quod autem in magistris dixi, idem debet in comitiis regis sacrorum intelligi. Neque uero huiusmodi conciones ante q̄ populus in suffragiū mitteretur, habitas tātū reperio, sed interrupta interdum comitia, ad emendanda populi suffragia. Ut apud Liuium lib. 3. 1. De cad. cūm C. Claudius Consul haberet comitia Consularia, & se refici Consulem uideret L. Quintius eius collega, interrupta comitia, orationem q̄ ad populum habuit, cuius exitus fuit, ut communiter ab ambobus Consulibus ediceretur, ne quis L. Quintum Consulem faceret: si quis fecisset, se id suffragium non obseruaturos. Et libro 4. Decad. tertīæ Q. Fabius Cos. postquam uidit pr̄erogatiuam dixisse Consules T. Octacilium & M. Aemilium Regulum, silentio facto, eam concessionem habuit, quæ extat illo loco apud Liuiū. Sin legum comitia essent, antequam populus in suffragiū mitteretur: primū lex recitabatur à p̄rēco ne subiiciente scriba: tum oratione docebatur populus: deniq; rogabatur, ut eam legem accipere & suffragiis suis iubere uellet. Quod Cicero lib. 3. de Legib. significat, cum ita scribit: Lex recitata est: disce rem, & tabellam iubebo dari. Illuc enim Cicero se fit git legislatorem, & quasi legum rogationes imitaretur, illa uerba adscripsit: Quod uero à p̄econe subiiciente scriba recitarētur, scribit Alconius in argumēto orationis pro C. Cornelio: & Apian. lib. 1. Bell. Ciuil. & Plutarc. in uitâ Catonis Uticen. Ex quibus etiam auctoribus intelligi potest, post trinundini promulgationē oportuissi ut etiam die comitorum rursus recitaretur lex, haberentur q̄ orationes suadendi & dissuadendi causa. Extat etiā apud

Glebant, nisi ea tempora essent, in quibus magna uirtus alicuius Reip. necessaria uidebatur: quæ in potentibus tanta non erat populo cognita. Ordinarium autem ac legitimum erat, ut ex candidatis crearentur magistratus. Post leges tabellarias hi modo creari poterāt, quorum rationem haberi debere ante iudicatum esset, ut tabellis nomen eorum scriberetur. Quod autem in magistris dixi, idem debet in comitiis regis sacrorum intelligi. Neque uero huiusmodi conciones ante q̄ populus in suffragiū mitteretur, habitas tātū reperio, sed interrupta interdum comitia, ad emendanda populi suffragia. Ut apud Liuium lib. 3. 1. De

Hcad. cūm C. Claudius Consul haberet comitia Consularia, & se refici Consulem uideret L. Quintius eius collega, interrupta comitia, orationem q̄ ad populum habuit, cuius exitus fuit, ut communiter ab ambobus Consulibus ediceretur, ne quis L. Quintum Consulem faceret: si quis fecisset, se id suffragium non obseruaturos. Et libro 4. Decad. tertīæ Q. Fabius Cos. postquam uidit pr̄erogatiuam dixisse Consules T. Octacilium & M. Aemilium Regulum, silentio facto, eam concessionem habuit, quæ extat illo loco apud Liuiū. Sin legum comitia essent, antequam populus in suffragiū mitteretur: primū lex recitabatur à p̄rēco ne subiiciente scriba: tum oratione docebatur populus: deniq; rogabatur, ut eam legem accipere & suffragiis suis iubere uellet. Quod Cicero lib. 3. de Legib. significat, cum ita scribit: Lex recitata est: disce rem, & tabellam iubebo dari. Illuc enim Cicero se fit git legislatorem, & quasi legum rogationes imitaretur, illa uerba adscripsit: Quod uero à p̄econe subiiciente scriba recitarētur, scribit Alconius in argumēto orationis pro C. Cornelio: & Apian. lib. 1. Bell. Ciuil. & Plutarc. in uitâ Catonis Uticen. Ex quibus etiam auctoribus intelligi potest, post trinundini promulgationē oportuissi ut etiam die comitorum rursus recitaretur lex, haberentur q̄ orationes suadendi & dissuadendi causa. Extat etiā apud

Illuc enim Cicero se fit git legislatorem, & quasi legum rogationes imitaretur, illa uerba adscripsit: Quod uero à p̄econe subiiciente scriba recitarētur, scribit Alconius in argumēto orationis pro C. Cornelio: & Apian. lib. 1. Bell. Ciuil. & Plutarc. in uitâ Catonis Uticen. Ex quibus etiam auctoribus intelligi potest, post trinundini promulgationē oportuissi ut etiam die comitorum rursus recitaretur lex, haberentur q̄ orationes suadendi & dissuadendi causa. Extat etiā apud

Klluc enim Cicero se fit git legislatorem, & quasi legum rogationes imitaretur, illa uerba adscripsit: Quod uero à p̄econe subiiciente scriba recitarētur, scribit Alconius in argumēto orationis pro C. Cornelio: & Apian. lib. 1. Bell. Ciuil. & Plutarc. in uitâ Catonis Uticen. Ex quibus etiam auctoribus intelligi potest, post trinundini promulgationē oportuissi ut etiam die comitorum rursus recitaretur lex, haberentur q̄ orationes suadendi & dissuadendi causa. Extat etiā apud

A

B

C

D

E

apud Liviūm 1.lib.Dec.4.concio Ser.Sulpitii, priusquam centu-
 rias in suffragium mitteret ad bellum Macedonibus indicendū.
 At si iudicij causa comitia haberetur, idem fiebat, quod i legibus
 ferendis. Iudicium enim populi lege lata fiebat: quæ si acciperetur
 à populo, condemnatus erat reus: si antiquaretur, absolvebatur,
 quemadmodum supra à nobis ostensum est. Erat autem omnīū
 actionum cum populo commune principium: Velitis, iubeatis,
 Quirites: ut ex Cicerone pro domo sua, & multis locis Liuianæ
 historiæ intelligi potest. Ex qua dicendi formula nomen ortum
 est rogationis omnibus cum populo actionibus commune. His
 peractis iubebat magistratus populum in suas centuriās discede-
 re ad suffragium ferendum: idq; populus ita faciebat, nisi hic ob-
 nunciatum esset, aut ab aliquo magistratu intercessum. De obnū-
 ciatione satis multa supra dicta sunt: de intercessione nunc pauca
 dicendum. Intercessio tamēt pene tota Tribunorum pl. esset,
 ut qui, quemadmodum scribit Gellius libro 13. cap. 12. creati
 antiquitus uiderentur, non iure dicundo, ne causis querelisq; de
 absentibus noscendis, sed intercessionibus faciendis: tamen aliis
 etiam magistratibus pro suo imperio conueniebat. Vnde in legi-
 bus Ciceronis scribitur: Par maiorve potestas plus ualeto. Qua
 lege significatur parendum esse intercessioni paris aut maioris
 potestatis: unde efficitur intercedendi ius fuisse collegis inter se
 & maioribus potestatibus. Quare Consules inter se, Præto-
 resq; & Tribuni intercedebant: Et consules cæteris magistrati-
 bus, non modò intercedere poterant, sed etiam ius habebant ab
 omnibus magistratibus & comitiatum & concionem auocandi,
 ut docet Messala apud Gellium lib. 13. cap. 14. In quo tamen ex-
 cipiendi sunt Tribuni pl. quorum actionibus intercessione impe-
 diendis soli collegæ ius habebant. Dionysius lib. 10. ita scribit:
 Nihil enim eorum quæ à Tribunis pl. fiunt, uetari aut impediri
 potest ab ullo alio, quam ab uno ex collegis. Et apud eundem Dio-
 nysium lib. 7. uerba L. Bruti Aedilis pl. ad Consules, hæc sunt:
 Nunquid meministis in pacanda seditione, per uos id nobis con-
 cessum esse, quando Tribuni plebis concilium pl. aduocarint de-
 re quauis, non ad futuros patrictios nec cōcilium obturbaturos?
 Quin etiam Dionysius lib. 7. scribit à Sp. Licinio Tribuno pl.
 altero anno post primos Tribunos pl. legem perlatam huiusmo-
 di: Tribuno cum plebe agente nemo contradicat, nemo sermo-
 nem interrumpat. Qui contra fecerit, Tribunis uades dato mul-
 etæ quam hi dixeriat soluende. Qui uades non dederit, extremo

- F** supplicio plectitor: eiusq; sacra esto omnis pecunia. Tribunis autem omnibus magistratibus intercedere licebat, quia in intercedendo maior iis potestas erat, quam reliquis omnibus magistratibus in agendo. Quo sit, ut cestantibus omnibus imperiis, creato Dictatore, adhuc intercedendi potestas Tribunis pl. relinquatur, ut scribit Plutarchus in Proble. Quo etiam in loco scribit propter illam intercedendi potestatem, Tribunos pl. uerius impetrui solutionem habuisse, quam imperium: ut qui in impediendo plurimum possent, in imperando parum. Et Sylla dictator, quam Tribunitiam potestatem ualde minuisset, detracta potestate agendi, cum populo, gerendiq; postea alieius magistratus, intercessionem tamen reliquit, ut Cicero scribit tertio de Legibus. Erat autem intercedere, id quod uulgo dicimus se opponere. In quo uerbum solenne erat: Veto, ut ostendit Liuius lib. 6. 1. Dec. his uerbis: quæ sunt Sextii Trib. pl. Bene habet, quandoquidem tantum intercessionem pollere placet, isto ipso telo tutabimur plementum. Agite dum, comitia indicite patres Tribunis militum credis. Falso ne iuuet uox ista, Veto, qua nunc concinenter collegas nostros tam læti auditis. Ac cæteris quidem in rebus quæ uel à Senatu, uel à magistratibus publicè siebant, intercessionem locū habuisse nemo ignorat: in comitis uero centuriatis an locum habuerit & quando interponi soleret, magis dubium est. Itaque in eo explicando aliquandiu immorabitur. In magistratum Centuriatis comitiis locum habuisse, intercessionem Tribunorum pl. indicat Liuius lib. 7. 1. Dec. In secundo Interregno orta contentio est, quod duo Patritii Consules creabātur: intercedentibusq; Tribunis, Interrex Fabius aiebat in 12. tabel. legem esse, ut quocunque postremum populus iussisset, id eius ratumq; esset. Iussum populi & suffragia esse. Cum intercedendo Tribuni nihil aliud quam ut different comitia ualissent. Et Dionysius ad finem libri 8. Quando uocabant Consules populum, ut Consules crearent, Tribuni pl. quibus impediendi erat potestas, intercedebant: itaq; comitia dirimebantur. Et Florus in Epit. T. Liui lib. 105. Cum C. Catonis Tribunus pl. intercessionibus comitia tollerentur, Senatus uestem mutauit. Hoc uero efficiebat intercessio Tribunorum, non ut populum uocare non posset Consul, quod nemmo ei uetare poterat, sed ne quid his comitiis suffragiis populi peragi posset. In legum uero comitiis tam certum est intercessioni locum suisse, ut eius rei probationem subiicere superuacaneum videatur. Illud quod magis dubium est, potius explicandum: inter-

intercedere solitos magistratus, non cum lex promulgabatur tri
nundino, sed eo die quo ferebatur. Neque enim Tribuni uetare
poterant, ne quisquam concionem haberet promulgande suæ le-
gis causa: sed ne populus acciperet legem, quæ inutilis aut perni-
ciosa uideretur. Itaque quandiu promulgabatur, licebat oratione
dissuadere legem: cum uero ferebatur, intercessio interponenda
erat, ne à populo acciperetur. Hinc apud Liuum libro 5. Decad.
5. scribitur Tribunos pl. ante tempus intercessisse rogationi de
bello Rhodis inferendo, quod non expectassent diem legis fer-
rendæ, sed dum promulgabatur, intercedebant. Verba Liui sunt:
Cum ita traditum esset, ne quis prius intercederet legi, quam pri-
uatis suadendi dissuadendiq; legem potestas facta esset: eoq; per-
sepe euenisset, ut qui non professi essent, se intercessuros animad-
uersis uitiis legis ex oratione dissuadentium, intercederent: & qui
ad intercedendum uenissent, desisterent uicti auctoritatibus su-
dentium legem. Poterant igitur Tribuni, cum adhuc promul-
gabatur lex, profiteri se intercessuros, si quis eam ferre uellet, at
non ante diem lationis intercedebant. Ideoq; Cicero pro Sylla
scribit, L. Cæcilium Tribunum ple. non quidem intercessisse legi
Agrariæ Rulli, quæ promulgata & non lata est, sed profectum
fuisse intercessorem se futurum. Ex illo tempore L. Cæcilius
multa de Reipub. egit: Agrariæ legi quæ tota à me reprehensa
& abiecta est, intercessorem fore profectus est. Ergo die legis
ferendæ intercedebatur: idq; interdum maxima contentione fie-
bat, ut exemplis etiam apertum est. M. Octavius collega Tib.
Gracchi scribam subiicere & præconem recitare uetabat: idq; quo
die legem suam ferebat Gracchus, ut ex historia apparet. P. Glo-
bulus legi quam fere uolebat, C. Cornelius eodem modo inter-
cessit. De qua contentione ita scribit Asconius: Pub. Seruilius
Globulus Tribunus ple. inuentus erat qui C. Cornelio obfisteret.
Is ubi dies legis ferendæ uenit, & præco subiiciente scriba uerba
legis recitare populo coepit: & scribam subiicere & præconem
pronunciare passus non est. Tum Cornelius ipse codicem recita-
uit. Similem contentione legimus inter Metellum Nepo-
tem & M. Catonem apud Plutarchum in uita Catonis Vtic. Ex
iis quæ dicta sunt apparent Tribunitiam intercessionem non mo-
do ante inita suffragia interponi solitam: sed etiam coeptis inter-
dum suffragiis: uerum ea interruptio suffragiorum potissimum
accidebat in comitiis magistratum: quia nisi initis iam suffra-
giis, vix appareret in huiusmodi comitiis quicquam contra le-

Fges fieri: quæ erat causa maxima, cur se Tribuni interponerent ad impedientia comitia quæ ita fierent. Ac de intercessione quidem hactenus: certa persequamur. Si magistratus nec obnunciatione nec intercessione impediretur, postquam populum in suas Centurias discedere iussent ad suffragium dicendum: tum omnes qui aderant ciues, quibus suffragii ius erat, discedebant in suas quisque Centurias, ut quo ordine rogabatur, suffragium dicerent. Hic ordinatio multis uerbis supra à nobis est explicatus ex Dionysio Halicar. quantum satis erat ad intelligendum quid essent Centuriata comitia. Hic tamen ubi de modo comitiorum agimus, subtilius & magis accommodate ad posteriora Reip. tempora de eadem illa re dicendum est. Nam quæ à Dionysio dicuntur, ueterem modum suffragiorum rationem aperiunt, quæ multisariam postea immutata est. Neque enim de prærogatiua Centuria ulla est apud eum mentio: in qua tamen posterioribus temporibus tantum erat momenti, ut fere in quam partem inclinasset prærogatiua, in eam reliquæ Centuriæ traherentur. De qua priusquam dicamus, uerba T. Liui ex lib. 1. Decad. 1. subiiciemus. Nec mirari oportet hunc ordinem, qui nunc est post expletas quinque & triginta tribus, duplicato earum numero, Centuriis iuniorum seniorumque ad institutam ab Seruio Tullio summam non conuenire. Quadrifariam enim urbe diuisa rationibus collibusque, quæ habitabantur partes, tribus eas appellauit, ut ego arbitror, ab tributo. Nam eius quoque æqualiter ex censu conferendi ab eodem inita ratio est. Neque hæc tribus ad Centuriarum distributionem numerumque quicquam pertinuere. Hæc uerba Liui quanque obscura sint, tamen attentius perpendenti ostendere uidentur à Seruio Tullio uniuersam multitudinem Romanorum diuisam fuisse in quatuor tantum tribus: ideoque non esse mirandum, si non tam multas Centurias fecisset ex illa quatuor tribuum multitudine, quam multæ postea fuerunt, cum usque eo auctus est numerus tribuum, ut 35. factæ sint. Ego igitur eo auctore sic sentio, postquam triginta quinque tribus Romæ fuerunt, hactenus servatum fuisse Seruui institutum, quod sex classes semper relicte sunt: sed hoc mutatum est, quod in classibus auctus est numerus Centuriarum ab eo institutus: & cum Centuriæ à Seruio institutæ nihil pertinerent ab tribus factum est postea, ut per 35 tribus describerentur Centuriæ, ita ut in quaque tribu pro ratione censu Centuriæ continerentur suæ cuiusque classis. Quæ ne singulatim à nobis demonstrabuntur. Ac pri-

G comitia. Hic tamen ubi de modo comitiorum agimus, subtilius & magis accommodate ad posteriora Reip. tempora de eadem illa re dicendum est. Nam quæ à Dionysio dicuntur, ueterem modum suffragiorum rationem aperiunt, quæ multisariam postea immutata est. Neque enim de prærogatiua Centuria ulla est apud eum mentio: in qua tamen posterioribus temporibus tantum erat momenti, ut fere in quam partem inclinasset prærogatiua, in eam reliquæ Centuriæ traherentur. De qua priusquam dicamus, uerba T. Liui ex lib. 1. Decad. 1. subiiciemus. Nec mirari oportet hunc ordinem, qui nunc est post expletas quinque & triginta tribus, duplicato earum numero, Centuriis iuniorum seniorumque ad institutam ab Seruio Tullio summam non conuenire. Quadrifariam enim urbe diuisa rationibus collibusque, quæ habitabantur partes, tribus eas appellauit, ut ego arbitror, ab tributo. Nam eius quoque æqualiter ex censu conferendi ab eodem inita ratio est. Neque hæc tribus ad Centuriarum distributionem numerumque quicquam pertinuere. Hæc uerba Liui quanque obscura sint, tamen attentius perpendenti ostendere uidentur à Seruio Tullio uniuersam multitudinem Romanorum diuisam fuisse in quatuor tantum tribus: ideoque non esse mirandum, si non tam multas Centurias fecisset ex illa quatuor tribuum multitudine, quam multæ postea fuerunt, cum usque eo auctus est numerus tribuum, ut 35. factæ sint. Ego igitur eo auctore sic sentio, postquam triginta quinque tribus Romæ fuerunt, hactenus servatum fuisse Seruui institutum, quod sex classes semper relicte sunt: sed hoc mutatum est, quod in classibus auctus est numerus Centuriarum ab eo institutus: & cum Centuriæ à Seruio institutæ nihil pertinerent ab tribus factum est postea, ut per 35 tribus describerentur Centuriæ, ita ut in quaque tribu pro ratione censu Centuriæ continerentur suæ cuiusque classis. Quæ ne singulatim à nobis demonstrabuntur. Ac pri-

H portet hunc ordinem, qui nunc est post expletas quinque & triginta tribus, duplicato earum numero, Centuriis iuniorum seniorumque ad institutam ab Seruio Tullio summam non conuenire. Quadrifariam enim urbe diuisa rationibus collibusque, quæ habitabantur partes, tribus eas appellauit, ut ego arbitror, ab tributo. Nam eius quoque æqualiter ex censu conferendi ab eodem inita ratio est. Neque hæc tribus ad Centuriarum distributionem numerumque quicquam pertinuere. Hæc uerba Liui quanque obscura sint, tamen attentius perpendenti ostendere uidentur à Seruio Tullio uniuersam multitudinem Romanorum diuisam fuisse in quatuor tantum tribus: ideoque non esse mirandum, si non tam multas Centurias fecisset ex illa quatuor tribuum multitudine, quam multæ postea fuerunt, cum usque eo auctus est numerus tribuum, ut 35. factæ sint. Ego igitur eo auctore sic sentio, postquam triginta quinque tribus Romæ fuerunt, hactenus servatum fuisse Seruui institutum, quod sex classes semper relicte sunt: sed hoc mutatum est, quod in classibus auctus est numerus Centuriarum ab eo institutus: & cum Centuriæ à Seruio institutæ nihil pertinerent ab tribus factum est postea, ut per 35 tribus describerentur Centuriæ, ita ut in quaque tribu pro ratione censu Centuriæ continerentur suæ cuiusque classis. Quæ ne singulatim à nobis demonstrabuntur. Ac pri-

mum

sum quod dixi tribus Romanas in suas quasdam Centurias A
 diuisas fuisse, demonstrari potest ex multi T. Livii locis, in qui-
 bus iuniorum & seniorum Centurias prærogatiæ tribus appellat. Neque enim id esse potuit, nisi quæque tribus suas quasdam iuniorum, & seniorum Centurias haberet: præsertim cum æque omnibus tribubus obtingere poterat, ut prærogatiæ esset. Tum uero ex eo quod passim reperitur Censores ita solitos censum facere, ut singulas tribus persequerentur: in quibus quo quisque censu, qua ætate, quo ordine esset, describeretur. Quod & Cicero uidetur lib. 3. de Legibus indicare, cum hanc legem ponit de B
 Censoribus. Populiq; partes in tribus distribuunto: ex in pecu-
 nias, æuitates, ordines partiunto. Vnde etiam fit ut reperiamus in hac uel illa tribu quempiam censum fuisse aut censeri debere, potius quam in hac uel illa classe. Quod si censum, ætatem, ordinesq; per singulas tribus Censores describebant, relinquitur, ut in singulis tribubus fuisse dicamus Centurias quasdam, in quas pro censu, ætate, ordineq; qui ex eadem tribu essent, distribuerentur. Præterea Cicero pro Plancio Centuriam prærogatiuam appellat partem unius tribus: ex quo plures Centurias in C
 quaque tribu fuisse consequitur. Auctum autem fuisse numerum Centuriarum ex uerbis Titi Livii appetet, cum ait: Duplido earum numero. Quæ uerba non sic accipienda esse, quasi uerum ac certum numerum multiplicationis Centuriarum definiire uoluerit, paulo post ostendemus. De prærogatiua hoc pri-
 mum constat, eam fuisse unam quandam Centuriam ex una quadam tribu desumptam, cui sorte obtigisset, ut prima suffragium diceret. Neque enim tribus prærogatiua eo appellatur, quod ea tota suffragiū diceret: sed quia illius tribus cuidam Cen- D
 turiae obtigisset, ut prima uocaretur. Quod Cicero pro Placio satis ostendit cum Centuriam prærogatiuam appellat, eamq; unius tribus partem fuisse dicit. Et apud T. Livium frequens est mentio Centuriæ prærogatiæ. Ut lib. 7. Decad. 3. Galeria iunio rum, quæ forte prærogatiua erat Q. Fulvium, & Q. Fabium Coss. dixerat, eodemq; iureuocatæ reliquæ inclinassent, ni Tribu ni pl. se inteporsuissent. In iis uerbis Galeria nomen est tribus, ex qua erat ea iuniorum Centuria, quæ fuit prærogatiua. Sor- E
 te autem prærogatiuam Centuriam fieri uerba Ciceronis in secunda Philippic. ostendunt: Ecce Dollabellæ comitiorum dies. Sortitio prærogatiæ quiescit. Et apud Titum Livium libro quarto Decad. tertia: Eo die cum fors prærogatiæ ante

F ante iuniorū exisset. Ex quibus etiam uerbis colligi potest, eo genere sortis in hac re usos fuisse Romanos, ut in cistam quādam sortes conicerent: cuius autem Centuriæ sors prima exisset, ea prærogatiua erat. Quod si prærogatiua erat una quādam Centuria ex quadam tribu sorte desumpta, necesse est, ut prima sortitio fieret inter tribus, deinde altera inter Centurias eiusdem tribus. Ac tribus quidem quæ prima exisset, ea erat, unde desumenda esset Centuria prærogatiua: sed quoniam multæ erant in ea tribu Centuriæ, necesse erat ut rursus inter Centurias sortitio fieret.

G Verum hic iam locus est dubitationi, an Centuriæ eiusdem tribus tantum duæ essent ætate modo distinctæ, ut una iuniorum esset, altera seniorum absque ulla distinctione ordinis aut census: an uero plures ordinibus, censu ætateq; distinctæ, ita ut essent quādam equitum, quādam peditum Centuriæ: & rursus quādam primæ, quādam secundæ classis, & ita deinceps reliquarum: & rursus singularum classium aliæ iuniorum, aliæ seniorum. Ac prior quidem huius quæstionis pars uidetur confirmari posse ex eo quod passim apud Liuium reperitur

H in prærogatiua tribu Centuria iuniorum & seniorum, quasi opponat tantum unam iuniorum uni seniorum. Ut libro sexto Decad. tert. prærogatiua Centuria iuniorum T. Manlium Torquatum Consulem dicit. Torquatus Consulatum respuit, rogatq; Consulem, ut iubeat Centuriam iuniorum in suffragium redire. Tum Centuria, inquit Liuius, & auctoritate mota uiri, & admirantium circa fremitu, petit à Consule, ut Centuriam seniorum citaret. uelle sese cum maioribus natu colloqui. Ex his uerbis nonne uidetur posse colligi in tribu prærogatiua duas modò fuisse Centurias, unam iuniorum, alteram seniorum,

I inter quas sors diceretur utra prior suffragiū diceret? Verum ne ita esse credamus, multa efficiunt. Primum quod nusquam legimus Romanos ita per Centurias distinctos fuisse, ut absq; ulla distinctione ordinum, & census unā Centuriā describerentur, facta tantum ætatum distinctione. Neque n. id consentaneum est prudentiæ Romanorum, propter prærogatiuæ tantum auctoritatem, factam fuisse huiusmodi in duas Centurias singularum tribuum divisionem: quæ ad nullū alium usum ualere posset. Nam tributo conferendo conscribendisq; milib; opus erat illa Centuriarum descriptione, quæ ordinibus censu ætateq; distinctæ erant: ut latis apparet ex iis, quæ supra diximus de classium institutione. Itaque ad eum modò usum

K

usum hæc diuisio tribuum in binas Centurias inuenta esset, ut
 in comitib⁹ Centuriatis iure prærogatiæ esset quidem tribuum
 ius aliqua: ne tamen uiderentur ex aliqua parte non esse Cen-
 turia, idcirco has binas ætatis modo distinctione Centurias
 factas fuisse in singulis tribibus. Quasi uero non æque posset
 prærogatiæ ius per Centurias classium conseruari, ut inter eas
 sortitio fieret, quæ prima roganda esset neglecto iure ordinum
 census & ætatis. Deinde uero si propter ius prærogatiæ hanc
 singularum tribuum in duas Centurias diuisionem ponamus,
 postquam prærogatiua suffragium dixerat, necesse erat popu-
 lum qui expectanda forte prærogatiæ in binas has Centurias
 se diuiserat, omnem ordinem mutare, ut discederet in classium
 Centurias censu, ordine, ætateq; distinctas. Post præroga-
 tiuam enim prima classis uocabatur, ut ait Cicero 2. Philp. Un-
 de efficiebatur non modo tumultus confusioq; repentina disce-
 dentium in suas Centurias: sed etiam, ut illi qui in prærogatiua
 Centuria suffragium dixerant, uel iterum in Centuriis classium
 suffragium dicerent, uel sublata dimidia tribus parte non modò
 reliquæ Centuriæ eius tribus infrequentes redderentur, uerum
 etiam ut ætate minime distinctæ essem: quandoquidem in præ-
 rogatiua Centuria iam omnes iuniores illius tribus, aut omnes
 seniores, prout sors tulisset, suffragium dixissent. Postremo non
 uerum esset quod ait Liuius, seniorum ac iuniorum Centurias,
 postquam expletæ sunt 35. tribus, duplicatus fuisse. Ut enim sin-
 gulis tribibus binas huiusmodi Centurias tribuamus, fierent tā
 tum septuaginta Centuriæ: qui numerus decem Centurijs minor
 est numero Centuriarum primæ classis: tantum abest, ut uniuerso
 Centuriarum numero adiectus, duplicatum numerum faciat.
 Est igitur posteriori parti quæstionis potius assentiendum, ut
 dicamus in singulis tribibus non duas tantum Centurias, sed
 plures fuisse: easq; non modò ætate, sed etiam censu ordineq; di-
 stinctas. Sed hic rursus ambigitur utrum inter primæ classis Ce-
 turias tantum sors prærogatiæ fieret, an etiam aliarum classiū
 Centuriæ beneficio sortis uterentur. Budæus sane & alij doctrinæ
 excellentes uiri in ea sententia fuerunt, ut crediderint sortitio,
 nē prærogatiæ inter Centurias primæ tantum classis fieri so-
 litam. Quod ut credam, uix ac ne uix quidem adduci possum.
 Nam reliquas classes beneficio sortis excludi iniquum fuisse:
 præsertim cù eo sors prærogatiæ inuenta fuisse videatur, ne q;
 quam eo iure exclusus uideretur, quod in auctoritate præroga-
 tiæ

Ftiuæ Romani esse uoluerunt. Id uero ius primæ tantum classi tribuere quorū attinebat: quando uel absq; sorte pro suo iure semper prima uocaretur. At dices, ante institutam sortitionem prærogatiæ primam quidem classem primo loco uocari solitam: sed tum hanc rationem obseruari, ut equites primi uocarentur, tum seniorum Centuriæ, postremo iuniorum. At instituta sorte prærogatiæ factum esse, ut ex Centurijs equitum seniorum & iuniorum ea prima suffragium diceret, cui sorte obtigisset: postquam autem prærogatiæ dixerat, tum reliqua comitia

Giure non sorte peragebantur. In hoc refutando considerandum est, quod ubiq; apud auctores reperitur, prærogatiæ sortitione inter tribus primum fieri solitæ: quare si nulla tribus excluderet beneficio sortis, oportebat centurias equitum seniorum & iuniorum primæ classis in singulis tribubus fuisse: ita ut in quaue tribu una minimum esset equitum Ceturia, & plures seniorum ac iuniorum. Nam auctum fuisse numerum Centuriarum equitum, non etiam peditum haud uerisimile est. Porro autem auxisse numerum Centuriarum, primæ classis non etiam cæterarum, quid aliud fuisse, quam multo magis in primores uim omnem suffragiorum deriuare? Quod sane periniquum fuisse, nec unq; plebs id passa esset. Oportuit igitur & cæterarum classium fuisse quasdam Centurias in singulis tribubus. Itaque non potest hæc ratio esse, cur beneficio sortis excluderentur reliquæ classes, quod non essent in singulis tribubus earum classium quædā Centuriæ, sicut primæ classis. Cur igitur excludi se patiebantur? An ut ius suum retineret prima classis supra cæteras, idcirco huius sortis beneficio sola utebatur? At enim si ita esset, parati ratione oportuit equitum Centurias excludere primæ classis peditum Centurias. Iure n. suo tam uocari debebant ante peditum Centurias, q; primæ classis Centuriæ ante cæterarum classium Centurias. Quare prærogatiæ sortitio tantum Centurijs equitum tribuenda fuisse. Atqui ex ijs, quæ supra diximus, planum est seniorum iuniorumq; Ceturias beneficio prærogatiæ usas fuisse. Quinetiam seniorum Centuriæ exclusissent, ista quidem ratione, iuniorum Centurias: quandoquidem tam iure suo priores erant, quam prima classis supra cæteras. Verius igitur est nō modo primæ classis Centurias beneficio sortis uti, sed etiam aliarum classium. Vnde sequitur, quod ait Liuius duplicatum numerum Centuriarum fuisse, pro iusto numero non esse accipendum. Nam si classium Centuriæ per tribus distributæ erant,

 paret locum quò uocabantur ad suffragium Centuriæ, prope tri-
 bunal fuisse: itemq; non ipsum Consulem rogandorum suffra-
 giorum causa per Centurias discurrere solitum, sed quanquam
 ipse fortis faceret inter tribus Centuriasq;, & uocaretur ab eo p;
 præconē quæ p̄ima exierat, in tribunali tamen manebat, aliusq;
 ut diximus, erat rogator Cēturiæ. Quod idem ex alio etiam T.
 Liuij loco intelligi potest. Sribit enim lib. 10. 1. Dec. de Fabio
 Consule habente comitia, cum iam à primo uocatis Centuriis re-
 nunciatus esset: Fabius primo de se eadem fere quæ priore anno
 dicendo abnuere. Circunstare sellam omnis nobilitas, orare ut
 ex coeno plebeio Cōsulatum extraheret. Sedebat igitur (ut hinc
 apparet) in sella Cūruli Consul dum habebat comitia, idq; in tri-
 bunal, quemadmodum locus superior ostendit. Hoc uero tri-
 bunal est comitiale, quod in campo Martio fuisset docet Capit-
 olinus in uita Aureliani. In hoc etiam tribunali alius Consul, si
 adesset comitiis, sedere solebat, ut ostendit Liuius lib. 9. Deca. 4.
 ubi de Claudio Cōsule ita loquitur Sempronius eius collega qui
 habebat comitia. Quin ille sedens pro tribunali, aut arbitrum

aut

Faut comitiorum tacitum spectatorem se præberet. Quæ ego de comitiis Centuriatis intellecta uolo: nam in Tributis alias fuisse postea ostendemus. Obseruandum etiam est quomodo priuatus à magistratu peti potestatem habēdæ concionis, alioqui in suggestum ascendere non ausurus. Nec omittendum est, quod uocatas iam Centurias reuocare erat in eius potestate qui haberet comitia: ut interim non censerentur huiusmodi interruptionibus uitata comitia, tametsi reuocatæ Centuriae mutarent sententiam. At reliqua quæ sequuntur, magis ad id quod uolumus pertinent.

Gnam locus in quo Centuria prærogativa erat, nominatim appellatur ouile: in quem locum Centuriae senorum ingredi non licuisset, nisi potestate facta à Consule. Sed id quoque obseruatione dignum, quod dimissos seniores dicit, priusquam Centuria iuniorum rediret in suffragium. Ex iis enim colligi potest Centurias, ut quæque uocabantur à Consule, ex suis locis migrare solitas, ut propius ad tribunal Consulis accederent, in unum quendam locum cancellis undique clausum, quod ouile propter similitudinem appellaretur:

Hin quo loco cum essent, suffragium dicebant, ita ut interim non liceret alijs eo in loco esse: propterea quod dimissi sunt extra ouile seniores illi qui iussu Consulis eò introducti erant. Huius etiā loci meminit Dionys. lib. 10. ubi de comitiis L. Quintii loquitur, & Lucanus cum ita scribit:

Et miseræ maculauit ouilia Romæ.

Quod uero tum fierat, cum uoce suffragium serebatur, id postea fuisse immutatum nec uerisimile est, nec usquam scriptum repertur. Quinetiam contrà reperimus post leges tabellarias locum in campo Martio cancellis clausum, in quo essent qui suffragium dicebant: quo alijs interim ingredi non liceret. Plutarchus enim in vita Marii scribit, Marium in petitioni præturæ ambitus suspicionem dedisse, qd sui cuiusdam amici seruus intra cancellos uisus fuisse, dum populus suffragium dicebat.

Quos uero tu illic cancellos intelligas, nisi huiusmodi ouilia cuius meminimus? præsertim cum uideas in his cancellis perinde non licuisse alicui præter suffragatores & ministros comitiorum consistere, sicut in illo ouili non licebat. Nam quando adhuc populus in campo per tribus distributus erat, nec dum tandem in suffragium uocatus, circum tribus licebat non modo candidatis sed etiam aliis discurrere, ut ex omni historia appareret. Non igitur de cancellis quibusdam id potest intelligi, in quibus essent

essent omnes tribus priusquam in suffragium uocarentur. Relinquitur ergo, ut de hoc ouili intelligatur. Et Cicero lib.4.ad Att. in epistola cuius initium est, O expectatas mihi tuas literas: ostendit in campo Martio septa fuisse, quæ comitij usui essent: quæ septa Cæsar cum in Gallia esset cogitabat marmorea facere, eaque excelsa porticu cingere mille passuum spacio. Hæc ego septa intelligo de hoc ouili, de quo agimus. Nam septis inclusum populum, nisi cum suffragium diceret, non legimus. Et Servius scribit, septa in campo Martio inclusa tabulatis, in quibus stans populus suffragium ferret. Quid. i. fast. B

Est quoque quo populum fas est includere septis.

Et Lucanus:

Septorumq; nefas, & clausi prælia campi.
 Quodq; Cæsar rursus uellet ea septa porticu cingere, mihi argumento est ea angustiora septa ad alium usum fuisse, quam ut uniuersum populum simul continerent, antequam ad ineundum suffragium ordine uocaretur. Et in orat. pro Milone. Quid? comitiis in campo quoties potestas fuit, cum ille in septa irruisset? Quod si post leges tabellarias uocatæ Centuriæ à Consule in ouile quoddam ex suis locis migrasse concedantur, non erit difficile omnem pontium rationem explicare. Nam tabellæ populo in hæc septa ingredienti ministrabantur. Sed quoniam Marius uiderat, ne tabellis quidem datis, quibus omni ratione leges uellent occultum esse suffragium, satis repressum esse ambitum: huiusmodi pontes instituit in ingressu septorum, eosq; angustos, ut præter suffragatores aliis illuc constendi locus non esset. Qua ratione exclusi sunt omnes qui tum maxime ad supplicandum populo ueniebant, cum ei erat in manu tabella suffragij. Solet enim recentior postulationis memoria magis mouere. Ac populo quidem supplicandi causa omnes candidati circum tribus die ipso comitiorum cursu re poterant, quandiu diuisus per tribus populus nondum erat ad suffragium uocatus: Quinetiam iam quibusdam uocatis repetimus reliquis Centuriis quosdam candidatos supplicasse: ut apud Livium libro 10. Decad. primæ. Appius Claudius candidatus Consularis populo supplicat, postquam iam primo uocatæ Centuriæ Q. Fabium Consulem dixissent. At ingredi in ouile non licebat. Sed nec ingredienti in septa Centuriæ seorsum supplicari uoluit Marius: quò scilicet magis libere populus suffragium ferret, data sine ulla cuiusquam postulatione tabella.

B
C
D
E

Ftabella. Suum ergo quæque tribus locum in campo primum occupabant: ex quo loco cum suffragium dicendum erat, Centuriae ut quæque citabantur migrabant: cumq; in ingressu ouilis erant, illic pontes reperiebant, in quibus diribitores erant, qui tabellas ministrabant: quibus acceptis statim ingredientibus in ouile rogatores cistam proponebant in quam conicerent eam quam uellent tabellam. Nam ita potius fieri, quæ expectari dum tota Centuria in septa esset ingressa, ut postea colligerentur suffragia, hac ratione adducor, quod longum admodum fuisset

Gexpectare, dum tota Centuria per angustos illos pontes in ouile ingressa esset, antequam colligere suffragia rogator inciperet. At Cicero 2. Philip. dicit quæcūcītissime ista fieri. De comitiis enim Centuriatis, quibus Dolabella Consul factus est, scribit omnia cītius facta esse quæm dixit, Quæ sane ut uera sint necesse est, ea ratione Centurias suffragium dixisse, quæ quambreuiissima esset. Atqui id multo breuius est, singulos simul dum per pontes intrœunt in septa, tabellam in cistam conicere, quæm expectare dum omnes eiusdem Centuriae ingressi sint, ut rursus omnem

HCenturiam percurras ad colligenda singulorum suffragia. Porro autem multos pontes ideo fuisse existimamus, ut esset in ea septa ingressus ex diuersis undique partibus, quas seorsum singulæ tribus extra septa obtinebant. Quem enim tu usum pontium fuisse existimes, si de loco non moueri populum dicas in dicendis suffragijs? Aut quomodo prouerbium, Sexagenarios de ponte, ad suffragia pertinere poterit, nisi suffragia per pontem ferri solita intelligas?

IQuid uero est per pontem ferre suffragium, nisi pontem uiam esse, qua alicunde in alium locum migraret qui suffragium dicebat? Non igitur ita colligebantur suffragia, ut manentibus tribubus in suis quæque locis, rogatores circumirent ipsas tribus: sed ut diribitores tabellas dabant, cum ad pontes populus ueniebat, ita rogatores transeuntis populi tabellas colligebat. Et, si conjecturis duci oportet, quinque & triginta pontes fuisse existimauerim, sicut erant 35. tribus, quæ ex diuersis partibus centuriatim in ouile uenirent. Ac de pontibus quidem satis: nunc de renunciatione suffragiorum agendum est.

KEx ijs quæ supra de custodibus dicta sunt, intelligi potest describi solita à custodibus suffragia in tabellis sibi ad idipsum datis. Hoc autem erat describere suffragia, tot puncta in tabella nota re, quot tabellæ similes reperirentur: ut initio tandem numero ea Centuriae sententia renunciaretur, quæ plures habere similes tabellas

bellas ex numero punctorum perspiceretur. In legibus quidem A
 ferendis si plures reperirentur tabellæ, in quibus scriptum esset,
 Vt irogas, pauciores in quibus scriptum esset, Antiquo, tum ab
 ea Centuria legem iuberi renunciabatur. Contra uero legem
 Centuria non accipi pronunciabatur, si plures scriptum haberet,
 Antiquo. At si forte pares numero tabellæ in utranque partem
 reperirentur, eius Centuriæ nulla renunciabatur sententia, nisi
 lex esset quæ de perduellione ferretur. In fauorem enim reorum,
 absoluisse censebatur Centuria quæ non condemnarat. Itaque B
 si pares essent reliquæ Centuriæ accipientium legem & uetan-
 tium, hæc accessione ad uetantes Centurias legem antiquabat:
 adeo ut reus absoluaretur. Scribit enim Dionysius libro 7. lege
 cautum fuisse, ut æqualitate suffragiorum reus absolutus iudica-
 retur. In magistratum uero creatione numerus inibatur tabel-
 larum, quæ idem nomen continerent. Cuius enim candidati no-
 men plures tabellæ comperiebantur continere, is ab ea Centu-
 ria Consul, Prætor Censore factus renunciabatur. Sin paria
 suffragia tulisse omnes candidati reperirentur, nullus renuncia-
 batur: expectandaq; erant reliquarum Centuriarum suffragia. C
 Quod uero dixi de Centuriatis magistratum comitijs, idem in
 comitijs regis sacrorum intelligi debet. Hic enim pro candidatis
 erant duo tres quos inaugurasset Pontifex Max. ut ex ijs po-
 stea populus suffragijs suis crearet quem uellet esse regem sacro-
 rum. Quæ ne fingere videamus, citabo locum T. Liuij, unde id
 perspici poterit. Scribit lib. 10. Decad. 4. De rege sacrificio suffi-
 ciendo in locum C. Cornelii Dolabellæ, contentio inter C. Ser-
 uilium Pont. Max. fuit, & L. Cornelium Dolabellam Duuumi-
 rum naualem: quæ ut inauguret Pontifex, magistratu sese ab- D
 dicare iubebat. Recusantiq; id facere, ob eam rem mulcta
 Duuumiro dicta à Pontifice. Deq; ea cum prouocasset, certatū
 ad populum. Cum plures iam tribus introuocatae, dicto esse au-
 dientem Pontifici Duuumirum iuberent, mulctamq; remitti si
 magistratu se abdicasset: ultimum de coelo quod comitia turba-
 ret interuenit. Religio inde Pontificibus fuit inaugundi Do-
 labellæ. P. Cloelium Siculum, inaugurarunt qui secundo loco
 inauguratus erat. Quod dicit Liuius Siculum qui secundo lo-
 co inauguratus erat, factum regem sacrorum, nonne manifesto
 demonstrat duos minimū à Pontifice inauguri solitos? Atqui
 non est existimandum satis fuisse inaugurationem Pontificis
 ad creationem regis sacrorum: alioqui necesse est, ut duos facias
 reges E

Freges sacerorum. Populi ergo accedere delectum oportebat, ut perinde atque in magistratum comitiis, qui numero suffragiorum vinceret, rex sacerorum esset. Atque ut id magis credam, facit similitudo creationis flaminis Dialis. Tacitus enim libro quarto scribit ueterem rationem creandi flaminis Dialis fuisse, ut patricii consarreatis parentibus geniti tres simul nominarentur, ex quibus unus postea legeretur. Illud uero in renuntiatione suffragiorum praeterea considerandum est, quod sicut Centuriæ prærogatiuæ sententia ante uocationem aliarum renunciatabantur, ita reliquarum deinceps Centuriarum, ut quæque suffragium dixerat: ac non expectabatur dum tota prima classis suffragium dixisset, ut tum demum renunciarentur suffragia. Nam ante leges tabellarias latas ita fieri facile est ex Liuio ostendere, cum scribit: Ut quæque introuocata erat Centuria, Consulem dicebat Fabium. Et alio loco: Fabium & prærogatiua, & primo uocatæ omnes Centuriæ Consulem dicebant. Ex iis enim uestibis apparet non simul uocari totam primam classem, sed subinde alias atque alias: quarum ut quæque introductæ erat, nisi palam renunciaretur suffragium, quomodo intellexisset se Consulem fieri Fabius ab illis primo uocatis Cœtuis? Verum post tabellas populo datas idem ut fieri credam, ex eo adducor, quod necesse erat tum multo magis subinde alias ex aliis Centuriis primæ classis uocari, non autem totam simul primam classem. Cum enim essent tam multæ numero Centuriæ primæ classis, ut supra ostendimus: si simul omnes suffragium ferrent, cum ostensum sit per pontes suffragium ferri, necesse est pontes tot fuisse, se dicas, quot erant Centuriæ. Hic uero descriptis suffragiis quomodo renuntiatio fiebat? An ut omnes simul tulerant suffragiū ita omnium simul renunciatabantur sententia? Id uero quomodo absque tumultu & confusione fieri potuit? aut quomodo numerus Centuriarum iniiri, ut in quam partes plures inclinasset appareret? At si non simul omnium siebat renuntiatio, quorsum attinebat simul omnes uocare? Omitto quod ista ratione efficitur, ut inter Centurias ordinis & ætatis ratio non habeatur. Iuniorum enim Centuriæ simul cū equitum & seniorum Centurijs uocari dicuntur. Nec sane ulla iusta ratio reddi potest, cur data populo tabella, uetus ratio uocandarum deinceps Centuriarum mutata esset. Est uero locus apud Ciceronem in septima oratione in Verrubi ita scribit: Tu cum Prætor renuntiatus es, non ipsa præconis uoce excitatus es, qui te totiens seniorum iuniorumq;

Gnunciabatur, ita reliquarum deinceps Centuriarum, ut quæque suffragium dixerat: ac non expectabatur dum tota prima classis suffragium dixisset, ut tum demum renunciarentur suffragia. Nam ante leges tabellarias latas ita fieri facile est ex Liuio ostendere, cum scribit: Ut quæque introuocata erat Centuria, Consulem dicebat Fabium. Et alio loco: Fabium & prærogatiua, & primo uocatæ omnes Centuriæ Consulem dicebant. Ex iis enim uestibis apparet non simul uocari totam primam classem, sed subinde alias atque alias: quarum ut quæque introductæ erat, nisi palam renunciaretur suffragium, quomodo intellexisset se Consulem fieri Fabius ab illis primo uocatis Cœtuis?

IVerum post tabellas populo datas idem ut fieri credam, ex eo adducor, quod necesse erat tum multo magis subinde alias ex aliis Centuriis primæ classis uocari, non autem totam simul primam classem. Cum enim essent tam multæ numero Centuriæ primæ classis, ut supra ostendimus: si simul omnes suffragium ferrent, cum ostensum sit per pontes suffragium ferri, necesse est pontes tot fuisse, se dicas, quot erant Centuriæ. Hic uero descriptis suffragiis quomodo renuntiatio fiebat? An ut omnes simul tulerant suffragiū ita omnium simul renunciatabantur sententia? Id uero quomodo absque tumultu & confusione fieri potuit? aut quomodo numerus Centuriarum iniiri, ut in quam partes plures inclinasset appareret? At si non simul omnium siebat renuntiatio, quorsum attinebat simul omnes uocare? Omitto quod ista ratione efficitur, ut inter Centurias ordinis & ætatis ratio non habeatur. Iuniorum enim Centuriæ simul cū equitum & seniorum Centurijs uocari dicuntur. Nec sane ulla iusta ratio reddi potest, cur data populo tabella, uetus ratio uocandarum deinceps Centuriarum mutata esset. Est uero locus apud Ciceronem in septima oratione in Verrubi ita scribit: Tu cum Prætor renuntiatus es,

Knon ipsa præconis uoce excitatus es, qui te totiens seniorum iuniorumq;

niorumq; Centuriis illo honore affici pronunciavit. Ex quo lo-
 co apertissimum est, non simul, sed deinceps seniorum iuniorūq;
 Centurias suffragium dixisse: præconemq; non totius simul clas-
 sis, sed singulatim cuiusque Centuriæ sententiam pronunciare so-
 litum. Cum ergo apud Ciceronem 2. Philipp. scribitur de co-
 mitiis Dolabellæ: Prima classis uocatur, renunciatur: non ita
 accipienda sunt illius uerba, quasi uelit primam classem totam
 simul uocatam renuaciisse Dolabellam Consulem: sed primam
 classem dicit pro Centuriis primæ classis, ordine tamen uoca-
 tis. Neque enim totius classis ratio habebatur in suffragiorum
 sententia elicienda, sed Centuriarum: & numerus Centuriarum
 uincebat, non numerus classis. His explicatis quærendum est,
 postquam renunciata erat alius Centuriæ sententia, an eæ
 dem tabellæ rursus darentur diribitoribus, ut sequenti Centuriæ
 distribuerent easdem, an nouæ semper tabellæ, ut quæque Cen-
 turia introuocabatur, diriberentur populo. Sane ut semper nouas
 tabellas dari potius credam, eo adducor, quod cum omnes Cen-
 turiae non essent æquales numero, sed alia aliis frequentiores, eæ
 dem tabellæ quæ priori Centuriæ datæ erant, satis magno nu-
 mero non erant futuræ, ut frequentiori post Centuriæ ministra-
 rentur. Cumq; certum sit in legi quidem comitiis unicuique de
 populo binas tabellas dari solitas, quarum unam modo in cistæ
 coniiceret: in magistratum uero comitiis tot tabellas quot es-
 sent candidati, quarum tamen in cistam non plures coniiceret
 quisque quam pro numero magistratum creandorum: ueluti in
 Consulibus Censoribusq; creandis duas, in Prætoribus sex, o-
 cto decemve, pro numero scilicet Prætorum, quem creari oport-
 eret: sane si tantum eductas de cista tabellas reddi diribitoribus
 oporteret, non totidem tabellæ sequentibus Centuriis datæ fuissent,
 quot primæ: ideoq; libertate suffragiorum sublata non aliæ
 potuissent sententiam dicere quam quæ à priori Centuria dicta
 esset. At quomodo reliquias tabellas rogatores reddere pos-
 sent, quas singuli sibi retinuissent? An rursus post renuncia-
 tionem percurrenda erat tota Centuria ad recipiendas reliquias
 tabellas? Quæ si aperte redderentur, quomodo suffragium cu-
 iusque occultum esse potuit? Ex iis enim, quas quique red-
 deret, facile apparuisset quas in cistam conieceret: ut si redderet
 tabellam, Antiquo, facile erat uidere sententiā dixisse, Vti rogas.
 Si occulce, hic rursus perferenda erat cistella per omnem Cen-
 turiam: quæ omnia absurdissima sunt. Verius igitur est cui
que

Fque Centuriæ ut introuocabatur , nouas tabellas præsto fuīse . Et quoniam ministrabantur populo , ut quisque ad pontes accedebat , propterea existimo iam ante diribitores ad pontes stetisse , cum tabellis ad eam rem publice paratis , ea multitudine q̄ quæque comitia requirere uiderentur . In comitiis enim legum binas tantum cuique tabellas dari oportebat : in comitiis uero magistratum interdum plures , interdum pauciores pro numero candidatorum . Quare multo pauciores tabellas parari oportebat in comitiis legum quam in comitiis magistratum . Et

Gquoniam Prætorum comitiis sex , octo decemve creandi erant Prætores , necesse erat , ut minimum , tot esse competitores . Quapropter comitiis Prætoriis minimum oportebat singulis tot dari tabellas . Vnde efficitur magnam admodum multitudinem tabellarum iis comitiis parari debuisse . Hic ergo considerandum est , primum scribēdis tabellis ad publicos illos usus accommodatis publicum etiam ministerium accommodatum fuisse . Ex quo collico in sribarum publicis muneribus hoc quoque fuisse , ut suffragiorum tabellas sribarent . Ac legum quidem comitiis futuris , sribere eas tabellas iubebantur , quæ illis comitiis usui futurae erant . Sin magistratum futura erant comitia , iubebātur sribere tabellas eorum nominibus inscriptas , quorum habendæ esse rōnem publice iudicatū esset . Hæ tabellæ ita scriptæ , die comitorum committebantur diribitoribus . Verum hic considerandus etiam est numerus diribitorum . Neque enim adduci possum , ut tot diribitores faciam quot tabellæ singulis ministrabantur , ita ut quisq; sui generis tabellam populo daret . In Prætorum enim comitiis , uerbi gratia , accidere poterat ut uel uiginti essent competitores . Hic ergo si uicenos diribitores facias , totidem cōpetitorum tabellis ministrandis , quomodo in angustiis pontibus tot homines constituisse probari poterit : præsertim cū angustia pontium manifestò ostendat ad paucos capiendos institutos fuīse . His accedit , quod in singulis pontibus uicenos diribitores ponas , concedaturq; 35 . pontes fuīse pro numero totidem tribū , efficietur ut diribitorum omnis numerus septingentorum minimum esset : quod sane non esse uerisimile . Præstat ergo ut dicamus ad singulos pontes unum fuīse diribitorem , qui populo Centuriatim ex suis tribubus aduenienti tabellas uel plures , uel pauciores , pro numero candidatorum diuidet . Sed quoniam unicuique de populo dandæ erant tot tabellæ , quot erant candidati , necesse est , ut non alias pro aliis daret diribitor in tamma-

H

I

K

gna multitudine tabellarum, rationem aliquam inuentam fuisse, qua in diribendis tabellis hac in parte nihil peccaretur. Atqui si diuisas haberet diribitor tabellas quas cui daret, præter id quod longum fuisset in tam magno cumulo feligere, difficile etiam fuisset non peccari. Verius igitur est, ut dicamus omnes tabellas quas singulis daret adhuc iunctas fuisse cum diribitor eas dabat: qui autem suffragii erat latus, postea sibi ex ea charta in qua scriptæ erant, discidebat quas uellet in cistam mittere. Neque enim ulla commodior ratio inueniri potest ad diribendas cito & absque ullo peccato tabellas. Hæc si ita sint, sequitur non plures fuisse diribitores constituedos, quam quot erant pontes: qui si cum tribuum numero conuenirent, ut diximus, tot erant omnino diribitores quot tribus. Hac enim ratione sufficiet suus cuique tribui diribitor. Ad quod munus feligebantur ab iis qui comitia erant habituri, boni aliqui viri, in quibus nulla esset fraudis suspicio. Fuisse autem delectum eius qui haberet comitia, uel iude potest intelligi quod reperimus in diribendis tabellis fraudem factam, si quando is qui haberet comitia, nollet populo libera committere suffragia. Veluti Piso Consul nolebat legem, quæ aduersus Clodiū serebatur, à populo iuberi: in diribendis tabellis fraus admissa est. Nullam enim diribitores dabant tabellam, Vii rogatas. Porro autem sicut triginta quinque diribitores sat fuisse dixi, ita rogatores totidem satis fuisse existimo. Nam post latas leges tabellarias non amplius ex Centuriis, ut quæque uocata erat, unus desumebatur qui suæ Centuriæ sententiam renunciat: sed sicut certi quidam homines ad pontes iam ante stabant, quam uenirent ad suffragium Centuriæ, ad ministrandas tabellas ita oportet fuisse certos homines qui ad eosdem pontes cistas ante haberent quæ Centuriæ uenirent ad suffragium dicendum: alioqui suam cistam secum adferre quamque Centuriam dicendum erit. Quod mihi non fit uerisimile: præsertim cum diribitores, rogatores, & custodes non suffragatores essent, sed ministri suffragantium. Qui sane certo constitui non potuerunt, si ad Centurias sanguis accommodandi fuissent. Semper enim propter incertas populi uoluntates, incertum erat quo usque erant uocandæ Centuriæ ad legitimum numerum conficiendum. Quid uero magis ridiculum, quam tabellas diribitoribus, cistas rogatoribus dedisse, quæ nullo usui futuræ erant? Quod tamen euenisset si non uocatae essent Centuriæ, ad quarum suffragia constituti essent. Custodii numerus cum tabellarum numero quæ singulis committie-

Fabantur, ferre conuenisse mihi uidetur. Veluti in legibus ferēdis duæ tantum dabantur tabellæ populo: itaque describendo nūme
to suffragiorum binis tantum custodibus opus erat. In magistra
tuum comitiis tot dabantur tabellæ quot erant cāandidati: describē
dis ergo suffragiis, non multo pluribus erat custodibus opus, q̄
quot erant candidati, ut suus cuique candidāto custos esset. Sane
ex iis quæ suprà dicta sunt, intelligi potest, prærogatiuæ Centu
riæ alium custodem dari solitum, quām aliis iureuocatis Centu
riis. Neque enim diceret Cicero se primum custodem fuisse in

Gcomitiis L. Pisonis, si solus custos fuisset à Pisone rogatus: nec
primam tabulam sibi datam affirmaret, si solus ipse in tabula uni
ca descripturus erat omnia suffragia, quæ Consulem crearent Pi
sonem. Itaque ego existimo, singulos candidatos unum custo
dem habuisse, quem prærogatiuæ præficerente, uirum ali
quem grauem ac sibi amicissimum: ob id scilicet, quod in præro
gatiua plurimum erat momenti. Præter custodem autem præ
rogatiuæ reliquarum Centuriarum describendis suffragiis, alium
custodem præfecisse: adeo ut totis comitiis quisque candidatus

Hduos modò custodes præficeret. Nam ut nunerum custodum
non faciamus cum numero tribuum conuenientem, sicut roga
tores & diribitores, hinc adducor quod custodes à candidatis
præfiebantur, ut suprà probauimus: quare si quando accidisset,
ut essent duodecim, uerbi gratia, competitores, necesse erit ut duo
decies multiplicetur numeros tribuum, aut ita quadringentos &
uiginti faceres custodes: idq; præter eos qui prærogatiuæ custo
des essent. Nam prærogatiuæ qui præfecti erant, hoc munus to
tis comitiis non præstabant, sed allis Centuriis alii custodes adde
bantur, ut iam demonstrauimus. Multo minus uerisimile est om
nibus Centuriis alios semper atque alios custodes attributos. Cū
enim oporteat tot esse custodes, quot erant tabellæ diuersæ, qua
rum numerus describendus erat, si singulis Centuriis noui sem
per custodes attribuerentur, tanto maior fieret numerus custo
dum quanto maior erat numerus Centuriarum quām tribuum.
Quæ si minus probabilia sint, nostræ potius standum est senten
tiæ, ex qua nihilominus absurditatis consequi uel eo intelligi
potest, quod grauissimos Senatores interdum diribitores, ro
gatores, custodesq; fuisse reperiamus. Neque enim tam ma
gno numero erant Senatores grauitate insignes, ut sufficere
possent iis præstandis muneribus, si Centuriis omnibus nouos
semper attributos dicas diribitores, rogatores & custodes. Dein

Iceps

Kpotest, quod grauissimos Senatores interdum diribitores, ro
gatores, custodesq; fuisse reperiamus. Neque enim tam ma
gno numero erant Senatores grauitate insignes, ut sufficere
possent iis præstandis muneribus, si Centuriis omnibus nouos
semper attributos dicas diribitores, rogatores & custodes. Dein

Ceps sequitur, ut explicemus quis tandem finis esset vocandi Centuriæ: an, inquit, oībus Centuriatis comitiis oīs Centuriæ suffragium diceret; an potius nihil esset necesse oīs vocari. Huic quoniā T. Livius & Dionys. satisfaciunt in iis q̄ initio libri à nobis adscripta sunt ex illis auctoribus. Verū illa in gerere dicta nō nihil habet obscuritatis: quæ si particulatim subtilius q̄ explicentur, sient agitatoria. Centuriatis igitur comitiis sententiæ ex numero Centuriarū exquirebantur: ita ut ea populi sententia semper pronunciaretur, in quam ex omni numero Centuriarum plures consensisse conspicerentur. Itaq; si lex ferretur, eosque siebat Centuriarum B vocatio, dum appareret tot iam Centuriæ uel iussisse uel antiquas se legem, ut numero reliquas omnes uincerent. Quod si post prærogatiuam Centuriæ equitum & primæ classis idem cum ea sensissent, nil iam opus erat reliquas Centuriæ uocare. Cum enim numero plures essent hęq; quam reliquæ oīs, iam tum poterat decerni non uocatis alijs, plures Centuriæ id sciuisse. At si non idē cum prærogatiua sensissent, sed aliæ legem accepisset, aliæ antiquassent, uocandæ erant secundæ classis Centuriæ, ut cum altera parte se coniungerent. Ac si cum prærogatiua omnes primæ classis Centuriæ legem accepissent præter duas tres: ita ut una modò deesset Centuria, quominus decerni posset, maiorem partem omnium Centuriarū legem accepisse: tum si uocata ex secunda classe prima Centuria legem acciperet, reliquæ eius classis nō uocabantur: quandoquidem huius unius accessione iam apparuit maiorem partem Centuriarum legem accepisse. Quod idem iudicandum est, si secundo, tertio aut quarto loco uocata secundæ classis Centuria legem acciperet: post hanc. n. reliquæ non uocabatur. Sin nulla secundæ classis cetera legē acciperet, tertiae classis cetera uocandæ erāt. Ac si primo uocata legē acciperet, hic finis siebat uocandi Centuriæ, eodem quo in secunda diximus modo. Atque ut summatim dicam, semper eosque siebat Centuriarū uocatio per ordines, classium, dum plures ex omni numero Centuriarum consensisse constaret: simul ac autem id constare agerat, illic comitiorum finis erat. Ex iis quæ diximus, apparet primæ classis omnes Centuriæ semper suffragium dixisse: at reliquarum classium Centuriæ non uocabantur, nisi per dissensionem Centuriarū primæ classis. Ac ne tum quidem omnes uocabatur quæ eiusdem classis erāt, sed ex modo quæ ad efficiendū numerū maiorem Centuriarum idem iubentium, necessariæ essent. Quod si in lege ferenda accidisse, ut cum pares numero essent Cetera

Furiæ, quæ acciperent, & quæ uerarent, ita diuisa esset reliquæ sententia, quarum accessione maior numerus Centuriarum in alteram partem colligi deberet, ut nulla earum sententia elici posset: quia scilicet pars dimidia Centuriæ acciperet, altera ueraret (nam ista tametsi raro euenirent, poterant tamen accidere) tum sane legem non accipi pronunciabatur. Quam enim legem populus non iussisset, ea teneri non poterat. Necesse igitur est, ut tū idem iudicaretur ac si pluribus antiquasset Centuriis. In magistratum uero comitiis, eadem hæc singulatim melius considerata buntur.

G Ponamus quatuor Consulatus competitores: ex iis duo tantum creari Consules possunt: ii scilicet, in quo plures Centuriæ cōsenserint. Quod si prærogatiua sic dixerit suffragiū, ut pars suffragia tulisse omnes competitores reperiantur, tum nullus renunciatur Consul: Quod idem in aliis Centuriis dicendum: adeo ut totis comitiis nihil factum esse iudicaretur, si quando id euenisset. Verum raro admodum euenire poterat, ut omnes candidati in omnibus Centuriis pares haberent suffragantium uoluntas. Sin unus candidatus plura suffragia tulisset in prærogativa, reliqui autem pares essent suffragiis, tum unus modo Consul renunciabatur. Ac si in reliquis Centuriis idem euenisset, totis comitiis non plusquam unus creatus Consul iudicabatur. At si plura suffragia duo tulissent in prærogativa quam reliqui duo, tum Consules duo renunciabantur: si idem ceteræ Centuriæ fecissent quod prærogatiua. Quod autem dixi de suffragiis unius Centuriæ, idem intelligi potest in toto numero Centuriarum. Nam si quatuor candidati ita pariter Centurias tulisset, ut uel una modo Centuria singulis deesset ad numerum, quem qui primus tulisset Consul, à pluribus Centuriis factus iudicari deberet: hic, si accidisset, ut in reliquo numero Centuriarum pars suffragia haberent omnes, tum sane nullus Consul renunciari poterat: sin unus plures Centurias tulerit, reliqui tres pares essent numero Centuriarum, tum unus modo Consul factus dicebatur: at si duo plures tulissent Centurias Consules, duo renunciabantur. Ut autem in legibus ferendis dixi eosque uocationem fieri Centuriarum, dum constaret plures in alteram partem Centurias consensisse: ita hic tum finis erat comitiorum, quando in duos Consules plures consensisse Centuriæ perspicerentur.

K Nam si in duos consensissent prærogatiua & omnes primæ classis Centuriæ, non erant uocandas reliquarum classium Centuriæ: sin uel alteri uel utrisque horum una modo deesset Centuria, quia aliquas primæ classis Centurias

turias alii competitores tulissent: tum si primouocata ex secunda classe Centuria, ad maiorem illum numerus sed addidisset, hic nō uocatis ullis postea Centuriis finis siebat comitiorum. Ex iis apparet comitia Consulum uel plus uel minus durare solita pro fauore primorum in candidatos. Aequalis enim fauor & qualitate suffragiorum adferebat: suffragiorum uero & qualitas efficiebat, ut non statim appareret, in quos candidatos plures Centuriæ inclinassent: proptereaq; aliæ atque aliæ semper uocandæ erant Cēturiæ, donec legitimus numerus factus esset. Huius rei esemplum uidemus in Ciceronis comitiis. Habebat enim sex competitores: sed quia in eum maxime fauor inclinabat, propterea statim legitimum numerum Centuriarum consecit: quia scilicet in primouocatis Centuriis plura semper suffragia ferret quam reliqui. Ex eius autem sex competitoribus Antonius & Catilina erant maxime gratiosi, propterea plures tulerunt Centurias quam reliqui quatuor. Antonius tamen pauculis Centuriis tandem superauit Catilinam, ait Asconius. Ex iis facile est interpretari uerba Ciceronis in oratione secunda in Rullum: Itaque me non extremæ tribus suffragiorum, sed primi illi uestri concursus Consulem declararunt. Opponit enim extremas tribus suffragiorum primis concursibus: primi autem concursus hic sunt ex singulis tribibus primouocatae Centuriæ: quare extremæ tribus suffragiorum hic significabunt eas Centurias, quæ extremæ ex singulis tribibus uocabantur: quæ erant quintæ classis Centuriæ. Vult ergo in suis comitiis non fuisse deueniendum usque ad extremæ suffragia tribuum, id est, usque ad Centurias quintæ classis, quæ ex singulis tribibus postremæ uocabantur, sed à Centuriis primæ classis statim absque uarietate Consulem factum. Gloria sum enim erat Ciceroni tantum ualuisse gratia apud populū, ut plures semper suffragia tulerit in oībus primouocatis Centuriis, quam sex eius competitores. Quando uero non conueniebant primæ Centuriæ, sed aliæ alium Consulem dicebant, id argumento erat non inclinare populi fauorem præcipue in unum, sed quosdam uni, quosdam alteri fauere. Quare si idem fauor in sequentibus Centuriis esset, ad legitimum numerum uni tandem conficiendum uel ad extremas usque Centurias deueniendū erat. Ac si unus quidem Consul creandus fuisset Cicero, statim postquā prima classis suffragium dixisset, exitus fuisset comitiorum. At collega ei unus addendus erat ex sex competitoribus: quo rum nullus primas Centurias absque uarietate sicut Cicero, tu-

Flerat sitaque necesse erat aliarum classium uocari Centurias. Illud etiam potest ex iis quæ dicta sunt intelligi, quid apud Liuium significet Centurias non explesse. Ut lib. 7. Dec. 4. Fulvius Consul unus creatur, cum cæteri Centurias non explessent. Habet Fulvius tres competitores, quorum nullus legitimum numerum Cœturiarum conficerere potuit: uel quia in singulis Centuriis pares numero suffragatores habuerint, uel quia ita alias ali Centurias tulerant, ut pares numero Centuriarum reperti sint post uocatas omnes omnium classium Centurias. His enim duobus modis poterant Centurias non explesse candidati: hoc est, non conficerere eum numerum Centuriarum, quo unus tandem plures tulisse uidicaretur quam alius. Id uero cum accidebat, tum ille qui unus designatus erat, postea abo die collegam sibi, ut subrogaret, lege iubebatur: ac non idem Consul, qui comitia habuerat, rursus habere poterat. Quod Liuius eodem illo loco ostendit: Fulvius unus Consul creatur, cum cæteri Centuriæ non explessent. Isque postero die Cn. Manlium Lepido delecto (nam Messala tacuit) collegam dixit. Comitia hæc habuit C. Lælius Coss. sed subrogando collegæ non idem Lælius sed Fulvius comitia habuit. Neque intelligendum est iam iniisse magistratum: quandoquidem scribit Liuius postero die id factum esse, cum needum creari essent Prætores. Quod si is dies fuisset, quo magistratum inierat Fulvius, non fuisset comitialis. Quo enim die magistratus inibatur, is festus erat. Iam uero T. Liuius ostendit ea comitia habita ordinario tempore habendorum comitorum: unde sequitur multis diebus hanc magistratum subrogationem fuisse ante Idus Martias, quæ tum solennes erant in eundis magistratibus. Quod autem de comitiis Consularibus dixi, idem in Censoriis intelligi debet. Perinde. n. duo Censores creabantur, ut duo Cōsules. Vnu tamen hic erat diuersum, quod si Censoriis comitiis duo non consenserint legitima suffragia, nihil omnino actum erat comitiis. Itaque uno creato si ex cæteris candidatis nullus explesset Centurias, ne is quidem qui creatus erat, magistratum retinebat: sed omnino in aliud tempus comitia differebantur. Liuius lib. 9. De cad. 1. in concione P. Sempronii Tribun. pl. ita scribit: Cum ita à majoribus comparatum sit, ut comitiis Censoriis nisi duo conserint legitima suffragia, non renunciato altero, comitia differantur: non ego te, qui solus Censor creari non possis, solum Censuram gerere patiar. Hoc quoque proprium erat Censorum, ut in demortui locum alias non subrogaretur, sed uno mortuo alias

se statim magistratu abdicare cogebatur. Id quod eodem illo A loco dicit Livius: An collegam subrogabis, quem ne in demor tui quidem locum subrogari fas est? Et libro 6. Decad. 1. Creati Censores C. Sulpitius Camerimus, Sp. Posthumius Regillensis: coepitq; iam res morte Posthumij (quia collegam Censori suffici religio erat) interpellata est. Igitur cum Sulpitius abdi casset se magistratu, Censores alii uitio creati non gesserunt magistratum. Tertios creari uelut diis non accipientibus in eum annum Censuram religiosum fuit. In prætorum autem comitijs multitudo candidatorum fere efficiebat, ut diutius durarent B comitia: præsertim cum sex, octo, decemve creandi erant Prætores. Vix enim fieri poterat, ut pari constantia idem candi dati plura in primis Centuriis suffragia ferrent, ut nō esset ad postremas descendendum. Si tamen id accidisset, ut ex omnibus candidatis, quos prærogativa Prætores fecisset, eosdem primæ classis Centuriæ facerent, tum sane nihil opus erat, cæteras Centurias uocare. Sin variarent, necessario ad numerum legitimum Centuriarum conficiendum eousque uocandæ erant, dum sex, octo, decemve creati essent Prætores. At si quatuor sexve iam declaratis, ex reliquo numero candidatorum nullus explesset Centurias, tum nisi iudicatum esset à Senatu satis Prætorū esse, oportebat Consulem alia comitia habere ad collegas ad numerū legitimum subrogandos. Nam ut Prætores iam designatos id non potuisse facere credam, facit quod supra diximus, Prætoribus ius non fuisse Prætores rogandi. Ex ijs quæ diximus intel ligi potest, cum omnia comitia hoc haberent commune, ut tempestatis interuentu dirimerentur, habuisse tamen id diuersum C Censoria comitia à Prætoriis & Consularibus, quod in Censoriis comitiis si post unum iam renunciatum Censorum, aliquid de cœlo accidisset, antequam ex reliquo candidatorum numero alter quoq; renunciatus esset, tum ita dirimebantur comitia, ut uitiosus etiam censeretur is, qui iam creatus erat Censor: siquidem iure non posset unus creari Censor, ut paulò ante demostrauimus. At in Consularibus, & Prætorijs tempestatis interuentu nō red. debantur uitiosi, qui iam creati erant. De Prætorijs comitijs ita scribit Livius lib. 10. Dec. 4. in fine: Secundum triumphum comitia edixit, qbus creati Consules sunt M. Junus Brutus, A. Mælius Volso. Prætorum inde tribus creatis, comitia tempestas di remitt. Postero die reliqui tres facti. His uerbis Livius aperte ostendit temestate quidē dirempta fuisse comitia, id tamen ad eos

- F** magistratus, qui iam illis comitiis creati erant, nihil pertinuisse. In Consulibus vero idem fuisse eò existimo, partim quod eisdē auspiciis crearentur Consules & Praetores, ex quo sequitur qua ex parte non uitabuntur Praetoria, & Consularia non uitiatum iri: partim quod comitiis Consularibus nil uetabat unum Consulem absque collega creati, ut paulo ante diximus: itaque uitium interueniens post unius renunciationem, ad eum nihil pertinere poterat. Quoniam autem ad agendum de interruptione comitiorum hoc loco deuenimus, adscribam & locum
- G** Dionis ex libro 37. ubi ita scribit de Rabirio perduellionis reo: Rabirius à Duumiris damnatus prouocauit: sed tamen apud populum etiam damnatus fuisset, nisi Metellus Celer Augur & Praetor rem impeditisset. Nam cum multitudo nec eum audiret, nec quod contra morem patriæ legesq; iudicium factum esset, uellet attendere, propere Ianiculum petit, priusquam quicquam suffragio populus scisceret: signumq; militare detrahit, ut nihil iā ei decernere liceret. Sic detracto uexillo, concio soluta est. Ex iis Dionis uerbis appetet, comitiis Centuriatis imperatum exercitum non modo in Ianiculo esse debuisse, sed etiam dirimēdorum comitiorum eam fuisse unam rationem, si detracto signo militari inde abducatur exercitus. Rationem autem eius rei simul eodem loco aperit Dion. His explicatis non erit difficile docere quid essent, & quomodo fierent gradus in renūciatione magistratum. Gradus autem appello, primo loco, secundo, tertio aut quarto renunciari. Honorificum enim erat priore loco renūciari, parum honorificum in postremis renunciari. Id quod intellegi potest ex Cicerone, qui de suis magistratibus loquens, nunquam omittit quo loco sit renunciatus. Pro lege Manilia: Nam cum propter dilationem comitiorum ter Praetor primus Centuriis cunctis renunciatus sum, facile intellexi Quirites, & quid de me iudicaretis, & quid aliis præscriberetis. Et in Pisone: Me cum Quæstorem in primis, Aedilem priorem, Praetorem primum cunctis suffragijs populus Rom. faciebat. Et paulo post: Me cuncta Italia, me omnes ordines, me uniuersa ciuitas non prius tabella quam uoce priorem Consulem declarauit. Et pro Muræna: Quæsturam unà petiit, & sum ego factus prior. Non est respondendum ad omnia. Neque enim quenquam uestrum fugit, cum multi pares dignitate fiant, unus autem primum solus obtinere possit, non eundem esse ordinem dignitatis & renunciationis: propterea quod renunciatio gradus habet, dignitas

A

tas autem sit persæpe eadem omnium. Et paulò pòst: At enim in Præturæ petitione prior renunciatus est Sernius. Pergitisne uos tanquam ex sygrapha agere cum populo, ut quem locum semel honoris cuiquam dederit, eundem reliquis honoribus debeat? Et A. Gellius lib. 10. cap. 1. ita scribit: Verba M. Varroñis ex libro disciplinarum quinto hæc sunt, aliud est quarto Prætorum fieri, & quartum: quod quarto locum adsignificat ac tres ante factos: quartum tempus adsignificat & ter ante factum: Ex iis locis apparet non modo in renunciatione gradus fuisse, sed etiam priores locos eo magis honorificos censeri, quod apud B populum magis gratioli existimarentur, quibus eos attribueret. Porro autem, ut explicemus quomodo fierent illi gradus, animaduertendum est cuique de populo simul dari tot tabellas quot erant candidati: ex iis autem tabellis tot quisque in cistam coniiciebat, quot erant creandi magistratus: ueluti in Consulum Censorum creatione duas, in Prætorum, sex, octo decemve pro numero Prætorum creandorum. Ac simul quidem omnes illas coniiciebat, alioqui toties reuocari Centurias oporteret, quot essent magistratus creandi: unde fieret, ut si variarent in omnium creatione Centuriae, toties omnium Centuriarum, adeoç uniuersi populi uocatio fieret: itaç in Prætorum creatione pro unis comitiis octo comitia fierent. Ut omittam cum uoce creabantur Consules, semper duos simul nominari solitos ab unaquaque Centuria, non autem semel unum post alterum: ut ex omni historia Liuij apparet. Id uero data post tabella cur mutatum esset? Non igitur intelligendum est, in gradibus faciendis populum rogari solitum, ut cui uellet primum locum dare, eum primò crearet, tum deinde cui secundum locum esse uellet, secundò, cui tertium tertio, cui quartum quartio, & ita deinceps: sed omnium simul unaç uocatione tabellis in cistam coniectis, inueniēda est ex iis quæ diximus alia ratio graduum faciendorum. Ponamus ergo quatuor Cōsulatus competitores. Ex ijs sane quatuor qui primus legitimum numerum Centuriarum confecisse per suffragiorum descriptionem comperietur, prior renunciabitur: deinde ex reliquis candidatis, qui primus legitimum numerum explebit, posterior Consul renunciabitur. Vt autem, cum duo creandi sunt, pari dignitate illud eueniat, ut unus legitimum numerum conficiat ante alios, necesse est fauorem populi præcipue in eum inclinare: siquidem id accidere nō posset, nisi in omnibus primouocatis Centuriis certo designaretur.

C

D

E

Fretur, cum in reliquis variarent sententiæ. Quod si duobus partibus fueret populus, adeo ut in omnibus primo vocatis Centuriis pares suffragij essent, eaçq; æqualitas eousque permaneret, dum legitimum numerum Centuriarum uterque simul conficeret: tum profecto in renunciatione gradus esse non poterant, sed simul ambo renunciabantur. Quod idem etiam iudicandum est, si in omnibus Centuriis suffragia aliqua ferrent quatuor candidati, ita tamen inæquali numero, ut duo quidem superaret alios, eo tamen rursus inter se discrimine, ut semper numero suffragiorum unus alterum vinceret. Tum enim accidebat, ut illi duo modo Centurias omnes simul ferrent, sed etiam simul legitimū numerum Centuriarum tandem conficerent: itaq; necesse erat, ut simul renunciarentur. Nam gradus renunciationis non potuisse id facere, quod numero suffragiorum in singulis Centuriis alter superior esset, hinc demonstrari potest, q; evenire poterat, ut qui in omnibus Centuriis usq; ad unam, quæ ad legitimū numerū perficiendum ambobus restaret, inferior numero suffragiorum fuerat, in hac postrema uel renunciaretur cum alter qui superior semper fuerat ab ea Centuria præteritus esset, uel plura suffragia forte ferret quam alter. Qua ratione fiebat, ut qui semper posterior fuerat, nihilominus prior renunciandus esse, propter hanc unam Centuriam quæ ab alijs variasset. Erat igitur hæc una ratio graduum faciendorum per numerum legitimū Centuriarum. Sed quoniam raro accidebat, ut ex numero competitorum duo ita pares essent, ut simul explerent Centurias, propterea uix fiebat, ut non essent in renunciatione gradus. Quia tamen accidere posset ut nulli gradus essent, negari non potest. Verum in Consilium Censorumq; renunciatione duo tamen gradus erant: in Praetoriis vero creatione tot esse poterant, quot Praetores creandi. Ac primus quidem Praetor renunciabatur eodem modo, quo prior Consul is qui primus omnium candidatorum legitimum numerum Centuriarum confecisse reperiebatur. Verbi gratia: in prærogatiua, & omnibus primæ classis Centuriis constantissime Cicero inter eos repertus est, quos illæ Centuriæ Praetores facerent: nullus autem competitorum eius tanta constantia omnes tulit, sed alii atque alii creati sunt in illis Centuriis. Sane postquam ultima primæ classis Centuria suffragium dixerat, solus adhuc Cicero omnium competitorum legitimum numerum consecratus. Quare necessario primus omnium Praetor renunciandus erat. Pone nunc Aquilium, verbi gratia, pari constantia tulisse omnes

Grum unus alterum vinceret. Tum enim accidebat, ut illi duo modo Centurias omnes simul ferrent, sed etiam simul legitimū numerum Centuriarum tandem conficerent: itaq; necesse erat, ut simul renunciarentur. Nam gradus renunciationis non potuisse id facere, quod numero suffragiorum in singulis Centuriis alter superior esset, hinc demonstrari potest, q; evenire poterat, ut qui in omnibus Centuriis usq; ad unam, quæ ad legitimū numerū perficiendum ambobus restaret, inferior numero suffragiorum fuerat, in hac postrema uel renunciaretur cum alter qui superior semper fuerat ab ea Centuria præteritus esset, uel plura suffragia forte ferret quam alter. Qua ratione fiebat, ut qui semper posterior fuerat, nihilominus prior renunciandus esse, propter hanc unam Centuriam quæ ab alijs variasset. Erat igitur hæc una ratio graduum faciendorum per numerum legitimū Centuriarum. Sed quoniam raro accidebat, ut ex numero competitorum duo ita pares essent, ut simul explerent Centurias, propterea uix fiebat, ut non essent in renunciatione gradus. Quia tamen accidere posset ut nulli gradus essent, negari non potest. Verum in Consilium Censorumq; renunciatione duo tamen gradus erant: in Praetoriis vero creatione tot esse poterant, quot Praetores creandi. Ac primus quidem Praetor renunciabatur eodem modo, quo prior Consul is qui primus omnium candidatorum legitimum numerum Centuriarum confecisse reperiebatur. Verbi gratia: in prærogatiua, & omnibus primæ classis Centuriis constantissime Cicero inter eos repertus est, quos illæ Centuriæ Praetores facerent: nullus autem competitorum eius tanta constantia omnes tulit, sed alii atque alii creati sunt in illis Centuriis. Sane postquam ultima primæ classis Centuria suffragium dixerat, solus adhuc Cicero omnium competitorum legitimum numerum consecratus. Quare necessario primus omnium Praetor renunciandus erat. Pone nunc Aquilium, verbi gratia, pari constantia tulisse omnes

Hsemper fuerat ab ea Centuria præteritus esset, uel plura suffragia forte ferret quam alter. Qua ratione fiebat, ut qui semper posterior fuerat, nihilominus prior renunciandus esse, propter hanc unam Centuriam quæ ab alijs variasset. Erat igitur hæc una ratio graduum faciendorum per numerum legitimū Centuriarum. Sed quoniam raro accidebat, ut ex numero competitorum duo ita pares essent, ut simul explerent Centurias, propterea uix fiebat, ut non essent in renunciatione gradus. Quia tamen accidere posset ut nulli gradus essent, negari non potest. Verum in Consilium Censorumq; renunciatione duo tamen gradus erant: in Praetoriis vero creatione tot esse poterant, quot Praetores creandi. Ac primus quidem Praetor renunciabatur eodem modo, quo prior Consul is qui primus omnium candidatorum legitimum numerum Centuriarum confecisse reperiebatur. Verbi gratia: in prærogatiua, & omnibus primæ classis Centuriis constantissime Cicero inter eos repertus est, quos illæ Centuriæ Praetores facerent: nullus autem competitorum eius tanta constantia omnes tulit, sed alii atque alii creati sunt in illis Centuriis. Sane postquam ultima primæ classis Centuria suffragium dixerat, solus adhuc Cicero omnium competitorum legitimum numerum consecratus. Quare necessario primus omnium Praetor renunciandus erat. Pone nunc Aquilium, verbi gratia, pari constantia tulisse omnes

Isemper fuerat ab ea Centuria præteritus esset, uel plura suffragia forte ferret quam alter. Qua ratione fiebat, ut qui semper posterior fuerat, nihilominus prior renunciandus esse, propter hanc unam Centuriam quæ ab alijs variasset. Erat igitur hæc una ratio graduum faciendorum per numerum legitimū Centuriarum. Sed quoniam raro accidebat, ut ex numero competitorum duo ita pares essent, ut simul explerent Centurias, propterea uix fiebat, ut non essent in renunciatione gradus. Quia tamen accidere posset ut nulli gradus essent, negari non potest. Verum in Consilium Censorumq; renunciatione duo tamen gradus erant: in Praetoriis vero creatione tot esse poterant, quot Praetores creandi. Ac primus quidem Praetor renunciabatur eodem modo, quo prior Consul is qui primus omnium candidatorum legitimum numerum Centuriarum confecisse reperiebatur. Verbi gratia: in prærogatiua, & omnibus primæ classis Centuriis constantissime Cicero inter eos repertus est, quos illæ Centuriæ Praetores facerent: nullus autem competitorum eius tanta constantia omnes tulit, sed alii atque alii creati sunt in illis Centuriis. Sane postquam ultima primæ classis Centuria suffragium dixerat, solus adhuc Cicero omnium competitorum legitimum numerum consecratus. Quare necessario primus omnium Praetor renunciandus erat. Pone nunc Aquilium, verbi gratia, pari constantia tulisse omnes

A

nes primæ classis Centurias præter unam atque alteram, cum reliqui competitores magna varietate alii alias tulerint. Hic profecto unus erat Aquilius, cui una modò deesset Centuria ad legittimum numerum. Si igitur ex secunda classe uocata Centuria prima Aquilium creasset, necesse erat Prætorem eum renunciari secundo loco: quia primus omnium post Ciceronem legitimus suffragia confecisset. Idemq; in cæteris deinceps intelligendum. Quod si alius quidam unus uel plures prærogatiuam cum Cicerone tulisset, omnesq; primæ classis Centurias, tametsi numero suffragiorum in singulis Centuriis semper esset superior Cicero, nihilominis simul renunciabantur, quia simul expleuerant Centurias: nec potuisse dici Ciceronem esse primum Prætorem. At si euenisset, ut non modò Centuriarum numero, sed etiam suffragiorum in ipsis Centuriis, uel omnes cum Cicero, ne pares fuissent, uel unus aut alter: tum multo magis inter eos non fecisse gradus populus iudicabatur. Itaque uel simul renunciandi erant, ut nullus se priorem diceret: quod uerius esse existimmo: uel in gradibus faciendis ratio habenda erat ordinis, generis, ætatis: aut uero sorti committebatur. Verum ego tanti hoc non interfuisse existimo, ut in gradibus faciendis aliud spectandum esset præter populi suffragia. Nusquam uero reperitur alia inter Prætores sortitio, quam prouinciarum: quæ tamen sola commode poniri in ea re potest. Sæpe enim euenire poterat, ut multi competitores pares essent ordine, ætate ac genere: uel ut quidam essent generis superiores, cum ordine ac ætate uincerentur, aut contraria. Tum uero quid poterat controuersiam omnem tollere præter sortem? Si igitur sorti nullus hac in re locus erat, relinquitur uerius esse, si quando pares essent aliqui à populo facti, tum inter eos gradus renunciationis non fuissent: ut ne euentus suffragiorum populi ulla ex parte mutaretur. His expositis examinanda nobis sunt uerba Ciceronis ex oratione aduersus Antonium & Catilinam. Verba Ciceronis hæc sunt: Nescis me Prætorem primum esse factum: te concessione competitorum, & collatione Centuriarum, & meo maxime beneficio è postremo in tertium locum esse subiectum? Est & alias locus paulò post: An oblitus es te ex me cum præturā peteremus, petuisse, ut tibi primum locum cōcederem? Ex iis sane uerbis apertum est, concessione competitorum in renunciatione gradus potuisse mutari. At illud ualde obscurum, quomodo huiusmodi concessio fieri potuit. Nam quomodo tu possis alteri concedere,

quod

B

C

D

E

F quod non est in tua, sed in populi potestate? Auf quomodo effi-
cere possum, ut cum nondum legitima suffragia conficeris, tu lo-
cum meum obtineas, qui iam renunciatus sim confessio statim
legitimo suffragiorum numero? Conandum tamen ueritatē erue-
re. Ac primum illud certum est mutuam suffrageationem compe-
titorum, modò corruptione careret, non fuisse prohibitā. In hac
suffrageatione alii aliis eas quas sibi conciliarant Centurias con-
cedebant, ut appareat ex oratione pro Plancio. Quod non ita ac-
cipi debet, quasi ea concessione necessitate obstringeretur popu-
lus: sed rogando conciliabat suas Centurias unus alteri, ut uicissi-
sim ille suas ei conciliaret. Porrò autem in concedendis ita mu-
tuō Centuriis, non erat difficile competitoribus iudicare eos cer-
tiorem spem habere obtainendi magistratus, quibus plures uide-
rent esse certos suffragatores. Et si quis ergo omnium uel per
se, uel per amicos uideretur sibi plures Centurias conciliasse, iam
tum spes propemodum certa erat eum potissimum primum lo-
cum obtenturum. Quare quasi de certa spe transfigi aliquid inter
competidores poterat de primo loco. Antonius igitur cum ui-
deret fauorem populi maxime in Ciceronem inclinare, rogabat

G eum ut sibi primum locum cedere uellet: hoc est, ut sibi de suis
Centurijs eum numerum concederet, per quem primum locum
obtinere posset. At Cicero de suo iure tantum cedere noluit, sed
id modo efficit, ut qui eas modo Centurias habebat, per quas ul-
timō loco Prætor renunciādus esset, eas totq; ei conciliaret quot
satis essent, uel ad tertium locum obtainendum. Effecit autem id
H Cicero, partim concedendo de suis Centurijs, partim rogando
competidores, ut Antonio de suis quoque Centurijs darent. At
que illud est quod ait, concessione competitorum & collatione
Centuriarum suo maxime beneficio ex ultimo loco in tertium
esse subiectum. Finge Antonium paucas habuisse de primis Ce-
ntrurijs, at de postremis satis multas, ut exclusis nonnullis suis co-
petitoribus fieri posset Prætor: contrā uero Ciceronem, & reli-
quos magis certa spe competitores permultas de primis ha-
buisse, ut postremis nihil fere eis opus esset. Sane Antonius, qui
de primis paucas habebat, non poterat renunciarū nisi post eos,
quibus primae fuisserint. Quod si Cicero, & reliqui competitores

I nonnullas de suis primis Centurijs Antonio concessissent, qua-
rum loco uicissim Antonius de postremis Ciceroni & reliquis
competitoribus nonnullas conciliasset: profecto qui de numero
sibi detraxerant, non tam cito renunciarū poterant quām renun-
ciati

ciati fuissent. Contrà Antonius per primarum, quas sibi addiderat suffragium, multo citius renunciabitur quam renunciatus es set. Quādo enim Antonius unam de prīmis ferebat, quam alias competitor tulisset, necesse erat ad legitimū numerū Centuriarum conficiendum, ex posterioribus Centuriis aliam substitui. Tantis per ergo dum substitueretur, differebatur eius renunciatio: idq; propter eam Centuriām quam sibi detraherat, ut Antonio concederet. Quoc; magis ista concessione Centuriarum differebatur aliorum renunciatio, eo magis accelerabatur Antonii renunciatio. Et quia de primis tantum ei concessum erat, ut legitimū numerū tertio loco potuerit conficere, propter ea collatione Centuriarum, concessioneq; competitorum tertiu locū otinuisse dicebatur. Huius uero suffragationis quia auctor fuisset Cicero, idcirco suo beneficio dixit ex ultimō in tertium locum fuisse subiectum. At quomodo id Cicero persuadere poterat competitoribus, ut tantum de iure suo cederent? An quod Ciceroni potissimum negare non possent? Idq; propter fauorem populi quem maxime in eum inclinare uidebant: ne scilicet suffragia, quæ per amicitiam Ciceronis sibi conciliarant, amitteret: præsertim cum de iure suo ita cedendo non minus certi essent de magistratu obtinendo: locus autem quem cedebat, non ita honorificus esset, ut magnopere contendendum esset cōtra eius uoluntatē qui apud populū maxime esset gratiosus, ob idq; uel iuuare, uel nocere plurimum posset. Non igitur concedatur qd^r nullo modo in tua potestate esset. Erant enim Centuriæ, quas certas habebant candidati, quodam modo in eorum potestate: quibus aliis concedendis si effectum esset, ut multo prius renunciaretur quam renunciatus esset, non immerito sua concessione dicebatur gradus mutasse. Ut nero huismodi locorum concessionem ante comitia fieri illo quo dixi modo existimem, non in ipsis comitiis, hinc adducor quod nulla ratio inueniri possit, qua id commode fieri posset in ipsis comitiis. Quia enim ut qd^r que à pluribus Centuriis creatus erat, uoce p̄aenoris renunciandus erat, quomodo poterat ipsis comitiis non esse prīmus qd^r pri mō renunciatus erat? Aut quomodo aliis iam suo loco renunciatis, qui tandem postremus erat in aliū locū subiecti posset? sene nulla erat gradus mutandi inter eos qui pares numero Centurias non tulissent: siquidem semper ante renunciandus esset qui prior plures Centurias tulisset. Quomodo ergo pactio inter competitores fieri potuit de gradibus renunciationis cēdendis,

Fendis, nisi de Centurijs suffragium dicturis iam ante constitūset? Ut ergo certa posset esse concessio, ita intelligendum est pātum futurum inter Ciceronem & Antonium, siquidem Cicerō uoluisset ei ipsis comitiis locum primum cedere, si legitimū numerum Centuriarum primarum pariter cum Cicerone cōfessisset Antonius, Ciceronem uelle, idq̄ Antonio concedere, ut prior renuncietur. At enim quid hoc modo de iure suo cessisset Cicero? Aut quid contendendum de ea re Antonio, si spes erat parem se cum Cicerone suffragiis futurum? Nam quid cause es-

Gset cur potius hoc uellet à Cicerone obtinere Antonius, quām Cicero ab Antonio? Neque vero inter eos gradus esse renūcationis poterant, qui simul expleuerant Centurias: nec pactum ergo inter competitores de locis cedendis in hunc euentum intercedere poterat. Hactenus de gradibus renunciationis: illud nunc animaduertendum est quod Cicero scribit 2. Orat. in Rullum: Sed tamen magnificentius atq̄ ornatius esse illo nil potest, qđ meis comitijs non tabellam indicem tacitae libertatis, sed uiuam uocem præ uobis indicem uestrarum erga me uoluntatum ac

Hstudiorum tulistis. Ex eo enim loco intelligi potest tabella quādem populo datam ad occultanda suffragia, ut etiam idem Cicero scribit pro Plancio: Etenim si populo grata est tabella quā frontes aperit hominum, mentes tegit, datq̄ eam libertatem, ut quod uelint faciant, promittant autem quod rogentur. Interdū tamen populum Rom. adeo noluisse beneficio tabellæ uti, ut uoce magistratus declararet, quō magis apertum esset suum suffragium. Non quōd tabella non uteretur, sed simul cum tabella uocem adderet: ut Cicero in Pisonem ostendit cum ait, Me uniuersa ciuitas non prius tabella quā uoce priorem Consulem declaravit. Illud quoque obseruandum, quod Cicero tertio de leg. scribit: Itaque ut omittam largitione corrupta suffragia, non uidetis si quando ambitus sileat, quāri in suffragijs quid optimi uiri sentiant. His enim uerbis Cicero significat tametsi suffragium tabella ferretur ad occultandum omni ratione suffragium: interdū tamen comitiis, rogatorem comitiorum uiros optimos rogare solitum, ut palam de candidatis suam sententiam dicerent: si ambitus sileret, hoc est, si non plus cōtenderent candidati quām

Kæquum esset: adeo ut non uiderentur moleste laturi si optimatū iudicio aliis alii præferrentur. Cuius rei exemplum est apud Ciceronem secundo de oratore: Ex eodem hoc uetus illud est, qđ aiunt Maluginensem illum M. Scipionem cum ex Centuria sua

sua renunciatet Acidinum Consulem, præcoq; dixisset, Dic de
A L. Manlio: Virum bonum, inquit, egregiumq; ciuem esse arbi-
 tror. Cum enim hic Scipio Acidinum cognomento renun-
 ciat, præco uolebat, ut proprio nomine L. Manlium appellaret.
 Scipio uero in aliam sententiam traslatis uerbis præconis, ceperit
 laudare Manlium, quasi iussus esset id, pro more, facere. Ad ex-
 tremum examinandus est nobis locus Ciceronis ex secunda Phi-
 lip. ubi ita scribitur: Ecce Dolabellæ comitorum dies. Sortitio
 prærogatiuæ, quiescit: renunciatur, tacet. Prima classis uocatur,
 renunciatur. Deinde ut assolet suffragia. Tum secunda classis uo-
 catur. Hic duo sunt quæstione digna. Vnum quomodo hæc Do-
 labellæ comitia facta sint nullo competitor. Nam si una modo
 tabella populo dabatur, quæ nomen Dolabellæ contineret, hoc
 erat populi necessitate obstringere, ut non potet si uellet Cōsulē
 Dolabellam non creare. Dicendum igitur est his comitiis legem
 latam, qua Cæsar rogabat populum, ut Dolabellam suo loco Cō-
 sulem esse iuberet. Itaque datæ sunt duæ tabellæ populo, ut in le-
 ge ferenda, non autem una quæ nomen Dolabellæ contineret.
B Et cum renunciatum Dolabellam à prærogatiua dicit, sic accipi
 debet, ut significet legem à prærogatiua acceptam, qua iuberetur
 esse Consul Dolabella: alterum est, quid illa uerba significant, De
 inde ut assolet suffragia. Nam si his uerbis significetur descriptio
 suffragiorum, hæc uerba præpostere posita sunt. Neque enim re-
 nunciatio ante siebat quām suffragiorum descriptio. Itaque locus
C corruptus esset, legendumq; esset: Prima classis uocatur, deinde
 ut assolet suffragia, renunciatur. Tum secunda classis. Neque
 uero his uerbis ciues aliqui intelligi possunt, qui extra classes suf-
 fragium dicerent post primam classem, & ante secundam. Quan-
 quam enim apud Appianum reperiamus, cum socii Italix pri-
 mum donati sunt ciuitate, coniectos in alias quasdam nouas
 tribus à Romanis 35. tribubus diuersas, quæ postremæ suffra-
 gium dicerent: attamen ex historia eiusdem constat postea à Cin-
 na Consule legem latam, ut in tribus Romanas reciperentur: si-
 cut reuera recepti sunt, ut ex Vellei Paterni historia constat, &
D ex Ciceronis oratione pro Muræna, ubi ait municipia Vmbriæ
 in tribubus Rom. fuisse: constat autem ex historia, Vmbros ex
 his Italix populis fuisse, qui in Romanos arma ceperunt. Si igitur
 omnes ciues Ro. in tribus 35. descripti erant, omnes autem
 qui tribubus continebantur, in classium Centuriæ: post primam
 classem necessario sequebatur secunda, nec aliqui ciues erant,
E K qui

- F** qui inter illas duas classes suffragium dicerent. At enim in tan ta omnium exemplarum concordia, quae potest esse suspicio locum illum corruptum esse? Restat igitur ut his uerbis intelligamus, postquam primae classis Centuriæ suffragium dixerant, in iri solitam rationem numeri Centuriatum, ut appareret an legitimus numerus Centuriarum confectus esset, nec ne. Diximus enim primæ classis Centurias connumeratis quidem in ea equitum Centuriis & prærogatiua, numero superasse reliquas omniū classium Centurias. Itaque satis erat ad legitimum numerū Centuriarū, consciendum, omnes primæ classis Centurias idem sensisse: nec prius poterat quae sententias populi esset decerni, quam tota prima classis suffragium dixisset: quia tum demum uerum esset maiorem partem Centuriarum uocatam fuisse. Ut ergo constare posset, an hic finis faciendus erat comitiis, an præter primæ classis Centurias alias uocandæ, necesse erat numerari suffragia: scilicet ut sciri posset an consensu Centuriarum legitimus numerus iam confessus esset, aut si nondum confectus esset, quot requirentur Centuriæ. Erat igitur duplex suffragiorum descriptio. Una ad describendum singularum Centuriarum suffragiz, ut eliceretur cuiusque Centuriæ sententia. Altera ad ineundem numerum Centuriarum, ut tandem de populi sententia constare posset. Ille descriptio à custodibus fiebat seorsum in sua cuiusque tabella. Hæc à rogatore comitiorum simul colligente omnes Centurias, quarum iam descriptum esset suffragium. Ex illa descriptione nascebatur singulare Centuriarum adhuc incerta renunciatio. Ex hac, si quidem legitimus numerus Centuriarum confectus esset, certa renuntiatio: si nondum confectus, cognitio numeri Centuriartim, quae in omnes partes requirentur ad legitimum suffragiorum numerum perficiendum. Cum ergo ait Cicero: Deinde ut assolet suffragia: significat more solito suffragiorum initiam esse rationem quae ex omni prima classe Dolabellam Consulem fecissent. Et quoniam subiungit uocatam fuisse secundam classem, ex eo colligo primæ classis Centurias non omnes: enunciasset Dolabellam Consulem, sed à quibusdam Centuriis legem antiquatam. Nam si post initiam suffragiorum rationem compresisset Cæsar omnes primæ classis Centurias cum prærogatiua consensisse, quorsum uocanda erat secunda classis, legitimo iam numero confecto? Profecto nisi dicamus post auctum numerum Centuriarum à Seruio institutum, non amplius penes primores uim suffragiorum fuisse, illud concedamus necesse est. Nam T. Liuius & Dionysius

nysius interpretantur uim istam penes primores, penes equitum
 & primæ classis Centurias: in quibus si nihil uariasset, reliquarum
 classium suffragio nil opus erat. Mihi uero non sit uerisimile, cū
 auctus est numerus Centuriarum, passuros fuisse primores, ut
 uincerentur numero à Centuriis inferiorum classium: sed propor
 tione quadam ita auctum esse utrumque numerum, ut semper
 maiore numero fuerint primæ classis Centuriæ connumeratis
 in ea equitibus, quam reliquarum omnium classium. Quod er
 go ait Cicero renunciatum Dolabellam à prima classe, non sic ac
 cipi debet, quasi omnes primæ classis Centuriæ absque variatione
 in eo consensissent: sed quod maior pars renunciasset. Nam si to
 tam primam classem renunciasse accipias absque ulla uarietate,
 quorsum opus erat Centuriarum hic inire rationem? præsertim
 cum certum esset uel consensu totius primæ classis legitimum
 numerum nondum esse confectum. Qui enim nullam primæ
 classis Centuriam uiderat legem antiquasse, quomodo incertus
 esse posset, quot præterea requirerentur ad legitimum numerū?
 At qui id iam sciebat: quorsum ineundo numero suffragiorum
 tempus consumpsisset? Et igitur uerius id quod diximus, legiti
 mum numerum suffragiorum fuisse in primæ classis Centuriis:
 ob idq; post dicta primæ classis suffragia, ac non prius, ineunda
 fuisse rationem numeri legitimi: præsertim si aliquas dissensisse
 in singulis renunciandis compertum esset. Nam si ad legitimum
 numerum Centuriarum conficiendum præter primam classem
 opus fuisset dimidia parte(uerbi gratia) Centuriarum secundæ
 classis, hic sane & non prius ratio ineunda fuit legitimi Centuria
 rum numeri. Itaque in his Dolabellæ comitiis legem Centuriæ
 aliquæ non acceperant: proptereaq; ex secunda classe uocandæ
 fuerunt eousque Centuriæ, dum legem tot Centuriæ ex hac classe
 acceperint, quot in prima classe ad legitimum numerum requi
 rebatur. Et quoniā his comitiis in secunda classe legitimus nume
 rus cōfactus est, ppteræ tertię classis nulla fit apud Ciceronē mē
 tio. Ac de his quidem, quæ ipliis comitiis fierent, satis. Sequitur
 ut pauca de iis, quæ post dicta suffragia fieri solebant, dicamus.
 In legum comitiis nihil reperio, quod proprie ad comitia perti
 neret, fieri solitum post suffragia, nisi quod legitimo Centuriarū
 numero confecto, legem aut acceptam, aut antiquatam magistra
 tus pronunciabat, populumq; dimittebat. In magistratum uero
 comitiis, solebat is qui habebat comitia, priusquam populum
 dimitteret, eos renunciare quos iam sœpe à præconibus pro
 K 2 nunciatos

F nunciatos populus creasset, adiecta solenni precatione. Id quod ex Cicerone constare potest, cum ita scribit pro Muræna. Quæ deprecatus à diis immortalibus sum, Iudices, more institutoq; maiorum illo die quo auspicato comitis Centuriatis L. Murænam Consulem renunciaui: ut ea res mihi magistratuq; meo, populo plebiq; Romanæ bene ac feliciter eveniret. Illud quoq; ex Cicerone confirmare possumus, eos qui Consules designati essent, domū è cāpo deduci solitas à magna multitudine populi, ac præsertim propinquorum & necessariorum. Verba Ciceronis secun. in Verr. hæc sunt: Nam ut Hortensius Coss. designatus dominum reducebatur ē campo cum maxima frequentia & multitudine. Et paulò pōst: Propinquis necessariisq; eius qui tum aderat, uerbum nullum facit. Ac de modo quidem comitiorum Centuriatorum satis: nunc de loco agendum.

De loco Centuriatorum comitiorum.

Cap. v.

C OMITIA nulla poterant haberi nisi in loco inaugurato, hoc est, ab auguribus ad eam rē dicato & consecrato, ut ex T. Lilio appareret, cuius uerba sunt lib. 3. Dec. 1. Igitur Tribuni ut impediendæ rei nulla spes erat, de proferendo exercitu agere, eo magis quod & augures iussos ad Regillum lacum fama exierat, locumq; inaugurarī, ubi auspicatō cum populo agi posset: ut quicquid Romæ ui Tribunitia rogatum esset, id comitiis ibi abrogaretur. Centuriata uero comitia intra pomœrium haberi non poterant: quia, inquit Gellius lib. 15. cap. 27. exercitum extra urbem imperari oporteat, intra urbem imperari ius non sit. Atqui Centuriata comitia nisi imperato exercitu haberi non poterant: idq; præsidii causa, ut idem Gellius ait, quoniam populus esset in suffragiis ferendis occupatus. Quoniam autem hæc maxime iusta erant comitia & uniuersi populi, cum Tributa magis plebis essent, idcirco non perinde imperato exercitu præsidii causa Tributis opus erat, ut Centuriatis: quando non æquè populus uniuersus erat in suffragiis ferendis occupatus. Rationem autem edicendi exercitus indicat Liuius lib. 9. Dec. 4. his uerbis, quæ sunt Sp. Posthumii Cos. Maiores uestri ne uos quidem, nisi cum aut uexillo in arce posito comitiorum causa exercitus editus esset, aut plebi concilium Tribuni edixisset, aut aliquis ex magistratibus ad concionem vocasset, forte temere coire uoluerunt. Locus igitur Centuriatis comitiis destinatus erat cam pus

pus Martius : de quo Liuius ita scribit : Ager Tarquiniorum, qui inter urbem ac Tyberim fuit, consecratus Marti , Martius deinde campus fuit. Hunc campum reperio apud Gellium lib.6. cap.7. Accæ Larentiæ fuisse , datumq; testamento populo R.o. uel ut alii uolunt, Romulo. Eū sibi Tarquinii usurpauerant: quibus electis populo restitutus est adiecta consecratione. In hoc cā po Martio Centuriata comitia semper habita reperio: nisi quòd iudicium Manlii è campo Martio translatum est, in Lucum Petilinum extra portam Furmentariam : ut à conspectu Capitolii oculi populi auerterentur , quò liberius de conseruatore Capitolii iudicaret : ut scribit Liuius libro 6.1 . Decad. Hunc campum Cicero quarta oratione in Catilinam , Consularibus auspiciis consecratum appellat : quia imperii Consularis auspiciis omnia fere peragebantur , quæ publice in eo campo fieri solebant. De septis quæ in campo erant , & de Tribunalii comitiali suprà satis diximus . Itaque nihil iam superest, quod de loco Centuriatorum comitiorum dicamus . Restat ut de tempore pauca agamus .

A

B

C

De tempore Centuriatorum comitiorum. Cap. vi.

COMITIA non poterāt nisi comitialibus diebus haberī. Ut autem quid essent dies comitiales intelligantur, uerba Macrobiij citabo ex 1.Satur.c.16. Numa ut in menses annum , ita in dies mēsem quæque distribuit: diesq; omnes aut festos, aut profestos, aut intercisi uocauit. Festi diis dicati sunt: profesti hominibus ad administrandam rem priuatam publicamq; concessi: intercisi deorum hominunc; comunes sunt. Festis insunt sacrificia, epule, Iudi, seriae: profestis fasti, comitiales, comperendini, statu, præliares: intercisi in se non in alia diuiduntur. Nam cum hostia cæditur, sari nefas est: inter cæsa & porrecta sari licet: rursus cū adolet, non licet. Sacra celebritas est, uel cū sacrificia diis offeruntur, uel cū dies diuinis epulationibus celebratur, uel cū Iudi in honorem aguntur deorum, uel cum seriae obseruantur. Feriarum autem publicarum genera sunt quatuor. Aut enim statuæ sunt, aut conceptiuæ, aut imperatiuæ, aut nundinæ. Et sunt statuæ uniuersi populi communes certis & constitutis diebus ac mensibus, & in fastis statuæ obseruationibus annotatae: in quibus præcipue seruantur Agonalia, Carmentalia, Lupercalia. Conceptiuæ sunt, quæ à magistratibus uel sacerdotibus concipiuntur in dies uel cer-

D

E

K 3 toa

Ftos uel etiam incertos: ut sunt Latinæ , Paganalia , Sementinæ , Compitalia . Imperatiæ sunt , quas Consules , uel Prætores pro arbitrio potestatis indicunt . Nundinæ sunt paganorum , id est rusticorum , quibus conueniunt negotiis propriis , uel mercibus prouisuri . Fasti sunt quibus licet fari Prætori tria uerba solennia Do , Dico , Addico . His contrarii sunt nefasti . Comitiales sunt , quibus cū populo agi licet . Et fastis quidem lege agi potest , cum populo non potest : comitialibus utrumque potest . Comperendini , quibus uadimonium licet dicere . Stati , qui iudicii causa cum peregrino instituuntur . Præliares ab iustis non segregauerim : siquidem iusti sunt continui triginta dies , quibus exercitu imperato uexillum rufi coloris in arce positum est : præliares autem omnes , quibus fas est res repetere , uel hostem laceſſere . Dies autem postriduanos ad omnia maiores nostri cauendos putarunt : quos etiam atros uelut infausta appellatione damnatur . Pontifices statuerunt postridie omnes calendas , Nonas , Idus , atros dies habendos : ut hi dies neque præliares , neque puri , neque comitiales essent . Ante diem quoque quartum calendas , vel Nonas , uel Idus ,

Htanquam inominalem diem plerique uitant . Ad rem sane militarem nil attinere notat Varro , utrum fastus uel nefastus dies sit : sed ad solas hoc actiones respicere priuatas . Hæc ad uerbum ex Macrobio adscripta sunt . Ex quibus hoc primum constat dies comitiales non eos fuisse iu quos pro arbitrio comitia magistratus edicerent , sed certos quosdam eos dies fuisse iam inde à Numæ instituto , quibus solis cum populo agi posset . Tum uero ex eo q̄ inter profestos dies enumerantur comitiales , intelligi potest comitia haberí non potuisse ullis diebus ludorum , sacrificiorum ac feriarum . Et quoniam multa genera diuersa profestorum dierū facit apparent ne omnibus quidem profestis diebus comitia haberí fas fuisse . Neque enim fastis diebus haberí poterant , nec nefastis . Plautus enim , cùm in Poenulo ita scribit : Nam istorū nullus nefastus est , comitiales sunt meri : per allusionem dierum nefastorum & comitialium , opponit inter se nefastos & comitiales homines . Etsi dies comitiales iidem potuisset esse nefasti , non uerum esset quod ait Macrobius , Comitialibus diebus & cū populo & lege agi potuisse . Id quod ego sic intelligo , peractis comitiis nil uetare , si tempus pateretur , quomodo apud Prætore agi posset . Nam auocari iudicis populum dum haberentur comitia , fas non fuisse existimo . Quo fit , ut eadem ratione existimem comitiales dies à comperendinis statisq̄ diebus fuisse diuersos .

Sed

Sed nec præliaribus comitia haberi potuisse, uel hinc ostendi potest, q[uod] iustitio indictio certum est nihil publicæ agi potuisse, nisi quod ad exercitum parandum pertineret. Præliares autem à iustis non distinguit Macrobius. Et quoniam nono quoque die erant nundinæ, quas inter ferias numerauimus, perspicuum est è numero comitrialium nonnum quemque diem esse detrahendum. At si præterea inde aueras omnes fastos, itemq[ue] omnes fastos ne fastos s[unt]q[ue], comperendinos, statos, præliares, omnes denique atros dies, necessariò efficietur toto anno non ita multos dies fuisse comitiales. Vnde fit, ut non possent magistratus cum uellent agere eum populo: sed prouidendum eis erat, ut comitialis die esset, in quam comitia edicerent. Vnde apud Liuium tam s[unt]q[ue] reperitur mentio comitrialium dierum. Ut lib. 3.1. Sic patres in lege, quæ per omnes comitiales dies serebatur, impedienda se gerabant. Et lib. 7. Aliquoties frustra in campum delcensum cū esset, multiq[ue] per seditiones acti comitiales dies. Et lib. 4. Decad. tertiae. Fabius in eum quem primum comitiale diem habuit, comitia edixit. Erant igitur comitiales dies, illi dies in fastis populi Romani de scripti, quibus comitia haberri possent. Hoc enim id est atque cū populo agere. Nam rogari populi suffragia nisi comitiis nō posseunt. Porro autem ut de nundinis amplius disputemus, facit locus apud Dionysium lib. 7. & Plutarchum in Coriolano. Vt terque enim auctor est Martio Coriolano post accusationem trinundinum ita datum, ut tertius nundinus iudicium de eo futurū esset. Vnde sequitur eos uelle nundinis haberri potuisse comitia. Quod tamē ne eis credam, uerba Macrobiī efficiunt, cum ita scribit: Quod autem nundinas ferias dixi, potest argui: quia Titus de feriis scribens, nundinarum dies non inter ferias relit, sed tantum solennes uocauit. Et quod Iulius Modestus affirmat, Mefala augure Consulente pontifices, an nundinarum Romanarum nonarumq[ue] dies feriis tenerentur, respondisse eos nundinas sibi ferias non uideri. Et quod Trebatius in lib. 1. religionum ait, nū dinis magistratum posse manumittere, iudiciāq[ue] adiicere. Sed cōtra Iulius decimosexto auspiciorum lib. negat nundinis concionem aduocari posse, id est cum populo agi: ideoq[ue] nundinis Romanorum haberri comitia non posse. Cornelius etiam Labeo primo Fastorum lib. nundinis ferias esse pronunciat. Causam uero huius uarietatis apud C. Licinianum libro secundo, diligens lector inueniet. Ait enim nundinas Iouis ferias esse: siquidem Flaminica omnibus nundinis in regia Ioui arletem solebat immolare,

Flare, sed lege Hortensia effectum, ut fastæ essent: uti rustici, qui nundinandi causa in urbem ueniebant, lites componerent. Ne fasto enim die Prætori fari non licebat. Ergo qui ferias dicunt, à mendacio vindicantur patrocinio uetus tatis: qui contra sentiunt, æstimatu ætatis quæ legem secuta est, uera de promunt. Ex his Macrobii uerbis perspicuum est nundinis comitia haberi non potuisse. Quod etiam Plinius lib. 18. cap. 3. ita scribit: Nundinis urbem reuistabant, & ideo comitia nundinis haberi non licebat, ne blebs rustica anocaretur. Itaque ego de Plutar-

Gcho & Dionysio sic sentio, aut in hac antiquitatis obseruatione parum fuisse diligentibus, aut si non est error in eorum codicibus, iudicium hoc Martii certis quibusdam de causis in diem nundinaturum indictum fuisse, quamvis iure id non liceret. Ut sit illud, certum est, nundinis non modo concionem ad populum haberi potuisse, ut uel ex eo apparet quod trinis nundinis leges Promulgari oporteret: sed etiam apud Prætorem lege agi: idque iam inde post leges duodecim tabularum latas: ut ex primo cap. libri 20. A. Gellii intelligi potest. Legem enim interpretans,

H in qua scriptum erat: Aeris confessi, rebusque iure iudicatis triginta dies iusti sunt: ita scribit, Eratautem ius interea pacisciendi. Ac si nisi pacti forent, habebantur in uinculis dies 60. Inter eos dies trinis nundinis continuis ad Prætorem in comitium producebantur, quantæque pecuniae iudicati essent, prædictabatur. Ex his planum est nundinis apud Prætorem lege agi potuisse, etiam ante abrogatam illam legem duodecim tabel. de nexis: de qua illic est mentio. Vnde colligo hanc legem Hortensi per quam nundinæ fastæ effectæ sunt, veterem admodum fuisse, ac non eandem esse cum illa Hortensia, de qua est mentio lib. 1. Digestorum leg. 2. de orig. iuris & lib. 1. Inst. qua cautum est, ut plebiscita omnes Quirites tenerent. Quanquam autem nundinis esset apud Prætorem legis actio, concionemque à magistris haberi liceret, tamen comitia, ut ex his quæ diximus apparet, haberi non poterant. Illud etiam de comitialibus diebus obseruandum est, quod apud Ciceronem scriptum est in epistola ad Q. Fratrem, cuius initium est: Risi niuem atram. Comitialibus diebus qui Quirinalia sequuntur, Appius interpretatur non impediri se lege Pupia, quominus habeat Senatum: eo quod Gabinia sanctum sit, etiam cogi ex Calendis Febr. usque ad Cal. Martias legatis quotidie Senatum dari. Ex iis enim uerbis apparet legem fuisse Pupiam, quam uatabatur ne diebus co-

Imitia.

K

mitalibus Senatum habere liceret. Id quod in aliam etiam epistola ad Q. Fratrem ita scribit: Consecuti sunt dies comitiales, per quos Senatus haberet non poterat. Vnde etiam in epistola ad Lentulum quarta sic scriptum est: Senatus haberet ante Cal. Feb. per legem Pupiam (id quod scis) non potest. Ex quo etiam loco cum superioribus epistolis collato intelligi potest, mense Ianuario nullos fuisse dies comitiales ante 14. Cal. Febr. siquidem usque ad eam diem, uel feriae erant, uel habitum fuisse Senatum ostendit. Et quoniam reliquo toto mense dicit per legem Pupiam haberet Senatum non posse, colligi potest reliquos mensis illius dies comitiales fuisse: nisi feriae aliquae in eos dies incidissent, aut nundinae. Nundinarum. n. interuentus duos dies de numero comitialiū demebat, ut ostendit Cic. lib. 4. ad Att. in epist. Auere te certo scio. Postquam enim 12. & 11. Cal. Decemb. in comitialiū diebus numerauit, de decimo & nono die ita subiit: Ante diē 10. Cal. nūdinae. Cōcio biduo nulla. Quibus uerbis significat de comitiis P. Clodii nihil actū esse illis duobus diebus, pp interuenīt nūdinarum. Nam concio illic pro comitiis accipi debet, ut præcedentia & consequentia ostendunt: nec sane uerum esset nūdinus uerba ad populum fieri non potuisse. Tum uero de 8. Cal: rursus subiicit: Ante diem 8. Cal. hæc ego scribebam hora noctis nona. Milo campū iam tenebat. Quæ uerba significat rursus hunc diē 8. Cal. comitiale fuisse. Mense Feb. erant post Quirinalia dies aliquot comitiales, ut ait Cic. in epist. ad Q. Fr. 15. Comitialiū diebus qui Quirinalia sequuntur. Erant aut Quirinalia 13. Cal. Mar. In cæteris quoque mensibus fuisse comitiales quosdam dies non difficile erit ex veterum scriptorum libris colligere. Quanquam aut lege cauebatur, ne comitialiū diebus Senatus haberetur, interdum tñ Senatus consulto magistratus legibus soluebantur, ut illis diebus Senatum habere liceret: ut ostendi potest ex 8. epist. Cælii ad Ciceronem. Illic. n. uerba Senatus consulti hæc sunt: Quod M. Marcellus Cos. uerba fecit de provincijs Consularibus, de ea re ita cœsuerunt. Vti C. Marcellus, L. Paulus Consules cū magistratu inissent, ex ad Cal. Mar. quæ in suo magistratu futuræ essent, de Consularibus prouinciis ad Senatum referrent: neve quid prius ex Cal. Martiis ad Senatū referrent, neve quid coniunctim de ea re referretur à Consulibus. Vtique eius rei causa per dies comitiales Senatum haberent, Senatus & Consultum facerent. Illud igitur de tempore comitiorū habendorum pro certo iam accipi potest, quæcumque quis esset habiturus

A

B

C

D

E

- F** habiturus comitia, non fuisse fas nisi comitiali die haberri. Quod si proprius etiam de magistratum creationis tempore querat, ex historia fiet perspicuum, sicut diuersis temporibus magistratum inisse compieruntur Romani magistratus, ita ordinariam creationem in alia atque alia tempora incidisse. Liuius lib. 3. De cad. 1 scribit L. Ebutium & P. Seruilium cal. Sextil. ut tunc principium (inquit) anni agebatur, Consulatum iniuisse. Paulo post cum de decemviris loquitur, ita scribit: Idus tum Maiæ solennes erat ineundis magistratibus. At tempore belli Punici secundi,
- G** Consules Idibus Martiis Consulatum inibant, ut passim in historia T. Liuii legi potest. Id est ita obseruatum est usque ad annum Vrbis 601. quo anno Q. Fulvius Nobilior, & T. Annus Luscius Consules primi cal. Ianuar. magistratum inierunt: post quod tempus idem deinceps a sequentibus Consulibus factum est. Ac toto quidem illo tempore, quo magistratum inibant Idibus Mart. comitia haberri solebant Ianuario & Februario mensis: dimissis scilicet in hyberna exercitibus. At postquam cal. Ian. magistratum inire coeperunt, ordinaria magistratum creatio
- H** fuit ad finem mensis Iulii & principium Augusti, ut ex multis Ciceronis locis constare potest. Ut secunda oratione in Ver. indicat 6. cal. Sext. comitia Consularia facta, quibus Hortensius designatus est. Et lib. 1. ad Att. in epist. Queris ex me dicit comitia Consularia, quibus Afranius Consul designatus est, edicta ad 6. cal. Sextiles. Et lib. 8. epistolarum, Caelius ad Ciceronem scribens ostendit comitia Consularia, quibus C. Marcellus & L. Paulus Consules designati sunt, ante cal. Sext. habita fuisse: id est post 11. cal. Sex. Quod si ultra ducerentur comitia, id eveniebat propter intercessiones aut obnunciations per quas differrentur. Ut comitia Muræna post 5. cal. Nouemb. habita sunt, quemadmodum ex oratione pro Muræna constare potest. Porro autem consularia comitia ante Prætoria haberri solebant: interdum quidem eodem die, ut ex Liuio constat: cuius haec verba sunt lib. 10. Dec. 1. His agendis dies consumptus est. Postridie ad præscriptum Consuli, & consularia & Prætoria comitia habita. Interdum postero die, interdum tertio aut alio quodam post die, ut ex lectione Liuii intelligi potest. Censoribus creandis comitia superioribus tenebantur, quibus haberri solebant paulo post initum a Consulibus magistratum, priusquam in prouincias proficerentur, aetate Ciceronis ad finem mensis Junii, ut constare potest ex epistolis ad Appium lib. 3. epist. Fam. collatis cum epistolis libri sexti ad Atticum,
- I**


eum, ex quibus colligi potest Appium Censorem factū eo quo
 dixi tempore . Idq̄ quinto quoque anno, ut ex historia constare
 potest . Verum hoc diuersum erat, quod Censores statim desig-
 nati magistratum inibant . Vnde sit, ut apud Liuium lib. 10. De
 cad. 4. reperiamus Censores designatos statim in Capitolium de-
 ductos ad capienda magistratus insignia , iurandumq; in leges .
 Consules uero Prætoresq; nisi interregno aut in locum demor-
 tui creati essent, non statim designati inibant magistratum . Ut
 cum cal. Ian. magistratum inibant & designabantur ad finem Iu-
 lii, quinque menses post designationem erant, quibus priuati ma-
 nebant antequam iniret magistratum . Quo temporis spatio fere
 de ambitu in designatos inquirebatur per cōpetitores aut alios
 quosuis . Erat enim hoc accusationis præmium, ut si designatum
 competitorēm ambitus damnasset, competitor pro eo substitue-
 retur, ut ex oratione pro Sylla intelligi potest . Vnde etiam da-
 mnatis Antrōnī & Sylla, qui iam Consules designati essent,
 subrogati sunt eorum cōpetitores L. Torquatus & L. Aurelius
 Cotta . Erat etiā lex qua iubebatur, ut tribum eius assequeretur ,
 quem quis de ambitu accusasset & damnasset . Cicero pro Bal-
 bo: Obiectum est etiam quod in tribum Crustumina peruen-
 rit: quod hic asseditus est legis de ambitu præmio minus inuidio-
 so, quām qui legum præmiis prætoriam sententiam & prætex-
 tam togam consequuntur . Erat & alia lex, ut si quis de ambitu
 damnatus alium quempiam ambitus accusasset & damnasset, in
 integrum restitueretur . Quod Cicero pro Cluentio indicat his
 uerbis : Quapropter hoc Balbi iudicium non plus obesse huic
 causæ debet, quām illa quæ commemorata sunt ab accusatore
 duo iudicia P. Popilii & T. Guttæ, qui causam de ambitu dixe-
 runt, qui accusati sunt ab iis, qui erant ipsi ambitus condemnati:
 quos ego non idcirco esse arbitror in integrum restitutos, quod
 planum fecerint illos ob rem iudicatam pecuniam accepisse: sed
 quod iudicibus probarint, quod in eodem genere in quo ipsi of-
 fendissent, alios reprehendissent: sed ad præmia legis uenire opor-
 tere . Atque is esto simul huius digressionis finis, & huius de co-
 mitiis Centuriatis libri .

Doctissimi

E

NICOLAI GRVCHII
ROTOMAGENSIS,

D E C O M I T I I S
R O M A N O R V M
G L I B E R S E C U N D U S.



Quid essent Tributa comitia.

Cap. i.

H



RIBUTA comitia perinde à tribubus nomen habuerunt, ut à Centuriis Centuriata: quod scilicet non modo tributim diuisus populus suffragium ferret, sed etiam quid plures tribus iuberent aut uerarent, spectaretur. Et quoniam grauissimis auctoribus usum est tributa comitia à Curiatis non fuisse diuersa, propterea in huius opinionis refutatione diutius nobis immorandum est. Ac primum si ostenderimus tribus à curijs semper diuersas fuisse, necessariò relinquetur semper diuersa fuisse comitia Tributa à Curiatis. Nam si Romuli tempora spectentur, quoscumque tu auctores sequaris, diuersæ tum fuerunt curiæ à tribubus. Dionysius scribit libro secundo diuisam esse à Romulo omnem multitudinem in tres partes: ac trium rufus partium singulas in denas partes: uocatasq; maiores partes tribus, minores curias. Varro libro quarto de lingua Latina, scribit agrum Romanum in tres partes à Romulo diuisum, unde tribus appellatae sint. Plutarc. in Romulo scribit in tres tribus diuisam omnem ciuitatem, Ramnenses, Tatienses, Luceres: tum singulas ex iis rufus in denas partes diuisas. T. Livius Centurias equitum dicit tres conscriptas Ramnensium, Tatiensium & Lucerum, populum autem diuisum in triginta curias. Siue ergo factas tribus à Romulo dicamus, easq; aut diuersas ab equitum Centuriis, aut easdem cō illis tribus equum Centuriis: ut ait Plutarchus: siue nullas tribus (quod cū Luvio uerius esse puto) ab eo factas dicamus, quæ oēm multitudinem

I

triginta curias. Siue ergo factas tribus à Romulo dicamus, easq; aut diuersas ab equitum Centuriis, aut easdem cō illis tribus equum Centuriis: ut ait Plutarchus: siue nullas tribus (quod cū Luvio uerius esse puto) ab eo factas dicamus, quæ oēm multitudinem

K

nem continerent: sed tres modò equitum Centurias ex omni multitudine selectas, quæ à suo numero interdum tribus etiam uocarentur: quomodo etiam Liuius eas appellat lib. 10. primæ Decad. ubi tres antiquas tribus appellat Ramnenses, Tatienses, & Luceres: contentum autem fuisse diuisione populi in triginta curias, quibus etiam trium Centuriarum equites continerentur. Sane quo scunque auctores sequamur, semper à curiis diuersas fuisse tribus sub Romulo, efficietur: sin sequentia tempora spectemus, uidebimus auctore Liuio primū factas tribus quatuor à Seruio Tullio partibus urbis distinctas. Huius hæc uerba sunt:

A

Quadrifariam urbe diuisa regionibus collibusque, quæ habitabantur partes, tribus eas appellavit, ut ego arbitror, ab tributo. Nam eius quoque æ qualiter ex censu conferendi ab eodem inita ratio est. Post hæc lib. secundo ostendit Ap. Claudio & P. Seruilio. Coss. factas Romæ unam & triginta tribus (sic enim legitur in omnibus codicibus recte ne an securus, postea uidemus) tum lib.

B

6. Decad. 1. dicit additis quatuor tribubus expletum esse numerum 35. tribuum, tertio anno post urbem à Gellis captiā. Dionysius uero lib. quarto scribit Seruium Tullium diuississe omnem urbem in quatuor tribus, Palatinam, Suburranam, Collatinam, Esquilinam: atque ita quatuor tribuum urbē seculle, quæ ad hoc tempus trium fuerat tribuum. Quo etiam in loco ait Seruium Regem desisse habere rationem veterum illarum tribuum generalium, ut suarum localium rationem haberet. Tum subiicit Fabium scriptum reliquissile agrum præterea uniuersum in 26. partes diuisum fuisse, quas etiam idem Fabius tribus appellat: quas rusticas tribus si cum quatuor urbanis coniungas triginta tribus fierint, quas sub Seruio Tullio fuisse ac non plures asserit. Venu-
nium tamen memorizæ mandasse unam & triginta tribus sub hoc Rege fuisse. Quem probabiliora dicere cur affirmet illo loco Dionysius, non video. Verum hos locos postea diligentius examinabimus. Siue ergo Liuiū sequi malis, siue Fabiū, siue Venonium, nonne etiam tum diuersas à curiis tribus fuisse relinquentur? Nam si iam inde ab Romulo fuerunt 30. curiæ suis quæque nominibus appellatae, ut omnes auctores in eo consentiunt: tribus autem uel sub Seruio, uel etiam post reges electos triginta demū fuerunt: qui deinde numerus ad quinque & triginta tribus excrevit, quomodo potuerūt eadē esse tribus & curiæ? Iā uero si eadem fuissent Centuriata & Tributa comitia, quō uerū esse posset, quod scribit Dionysius lib. 7. primū habita fuisse comitia Tribu-

C

D

E

ta

Fta in iudicio Coriolani.¹ Neque enim dicí potest ad hoc usq; ue
tempus non fuisse habita curiata comitia. Præterea si eadem cu
riata cum Tributis, quorū legem tulisset P. Volero, ut plebeii
magistratus Tributis comitiis crearentur, qui curiatis antē crea
bantur, ut ait idem Dionysius lib. 9. Quinetiam ex multis locis
Ciceronis ostendit potest sua etiam ætate diuersa fuisse curiata
comitia & Tributa. In oratione pro domo sua, curias non plus
quam triginta fuisse his uerbis indicat: Quæro si aut negasses
aut tacuisses, si tamen id triginta curiæ iussissent, num id iussum

Gesset ratum? At cum tribuum meminit, passim dicit quinque &
triginta fuisse. Quomodo ergo eædem erunt tribus & curiæ?
Iam uero in oratione 2. in Rullum prima comitia magistrati
bus creandis fuisse dicit centuriata aut Tributa, secunda autem
curiata, quæ tantum auspiciorum causa remanserant. Quæ pro
fecto uera esse non possent, nisi diuersa essent à curiatis Tributa.

Ac de curiatis quidem libro tertio dicemus: nunc de Tributis,
ut quid essent apertius intelligatur, uerba A. Gellii ex libro 15.
cap. 27. subiiccam: Tributa comitia erant, cum ex regionibus

H& locis suffragium ferebatur. Quibus uerbis nihil aliud uult q; Tributa comitia fuisse, cum per tribus suffragium ferebatur.
Erant enim tribus populi Romani partes distinctæ locis in ur
be diuersis, & regionibus undique circum urbem per Italiam di
spersis. Quarum nomina diligentia Pauli Manutii in Annot. li
bri octaui epistolarum fam. collecta infrà scripsimus, & scripto
res aliquot qui de iis meminerunt apposuimus, ut inde facilior
earum ac certior unicuique cognitio sit.

I 1 Aemilia. de qua Cice. ad Atticum 62. T. Liuius libro 38.
Antiq. 75.

2 Aniensis. Cic. pro Plan. Fam. epist. 225. Liuius lib. 10. An
tiq. 175. & 190.

3 Cornelia. Liuius lib. 38. Antiq. 151.

4 Claudia. Liuius lib. 2. Verg. lib. 7. Aen. Dionys. Halic. lib.
5. Antiq. 75. & 114.

5 Collina. Varro lib. 4. de lin. Latin. Plinius libro 18. cap. 3.
Sex. Pom. Antiq. 27. Et Diony. libro quarto, & Florus in epit.
Liuii lib. 20.

K 6 Crustumina siue Clustumina (nā in antiquis & lapidibus
& librīs s̄epissime per, l. scripta legitur) Cic. pro Plan. & pro Bal
bo. Antiq. 134.

7 Esquilina. Var. lib. 4. de lin. Lat. Plin. lib. 18. cap. 3. Sext.
Pom.

- Pom. in litera V. Dioy. lib. 4. & Florus in epit. Liuui. lib. 20. A
 8 Falerina. Liuui. lib. 9. Antiq. 120.
 9 Fabias. Horat. episto. 6. libro primo. Suet. in Augusto. An
 tiq. 61. & 343.
 10 Galeria. Liuui. libro 27. Plin. lib. 7. cap. 49. Antiq. 89.
 & 142.
 11 Lemonia. Cic. pro Plan. & Philip. 9. Sext. Pom. Antiq.
 91. & 151.
 12 Metia. Cic. ad Att. 126. Liuui. lib. 8. & 29. Val. Max.
 Sex. Pomp. B
 13 Narniensis. Cic. in Rull. Liu. lib. 6. ubi corruptè legitur
 Arnienensis, & lib. 29.
 14 Ocricalana. Cic. in Rull. ubi mendose legitur Otriculana.
 15 Oufentina. Liu. lib. 9. Sex. Pomp. in litera V. Antiq. 29.
 bis. & 62.
 16 Palatina. C. in Verr. 4. Asco. Var. lib. 4. de lin. Lat. Plin.
 lib. 18. cap. 3. Liu. lib. 20. Sex. Pom. in litera V. Diony. lib. 4. An
 tiq. 29. bis & 62.
 17 Papyria. Sext. Pomp. Liu. lib. 9. Antiq. 62. & 135. C
 18 Pollia. Liu. lib. 9. Val. M. Antiq. 116. & 113. & 147.
 19 Popilia. Val. Max. Fam. epistol. 226. Sext. Pomp. An
 tiq. 197.
 20 Pontina sive Pompitina (utroque enim modo scribitur)
 Cic. ad Att. 125. Liuui. lib. 7. Sex. Pom. Antiq. 176.
 21 Publicia. Liu. lib. 7. Antiq. 65. & 81. interdum etiā scri
 bitur Poblicia.
 22 Pupinia. Cic. ad Q. Fr. 605. Fam. epist. 225. Liu. Decad. 3. D
 lib. 6. Sex. Pom.
 23 Quirina. Ascon. Cic. pro Quintio ubi antea mendose le
 gebatur Quirina Fam. epist. 226. Sex. Pom. Antiq. 15. & 44.
 24 Romulia. Sex. Pom. Cic. in Ver. & in Rull. Asco. Var.
 lib. 4. de lin. Lat. Ant. 165.
 25 Sergia. Ascon. Antiq. 61. & 63.
 26 Suburrana. Plin. lib. 18. cap. 3. Var. lib. 4. de lin. Lat. Sext.
 Pom. in literis S & V. Diony. lib. 4. Florus lib. 20.
 27 Sapinia. Liuui. lib. 31. & 33.
 28 Scaptia. Sue. in Augusto. Sex. Pom. Liu. lib. 8. Ant. 476. E
 29 Stellatina. Liuui. lib. 6. Antiq. 110. & 150.
 30 Sabatina. Liuui. lib. 6. Sex. Pom.
 31 Terentina. Gice. pro Plan. Liu. lib. 6. Fam. epistol. 226.
 Ant.

F Antiq. 140. & 336,

32 Tromentina. Sex. Pom. Liu. lib. 6. ubi corrupte legitur,
Promentina. Antiq. 107. & in lapide qui Caietæ est, in quo scri-
ptum legitur, L. Atilio L.F. Tromen.

33 Velina. Cic. ad Att. epist. 86. & in Bruto. Horat. epist. 6.
lib. 1. Persius. Antiq. 19. Florus in epit. lib. 19.

34 Volitinia. Cic. pro Plan. Ant. 75. & in lapide qui Venetiis
est in turri sancti Vitalis, in quo ita scriptum est, Cn. Numerius,
Cn. F. Vol. Fronto.

G 35 Veientina. Cic. pro Plancio.

Hæc sunt triginta quinque tribus, in quas populus Rom. di-
spertitus erat: quarum aliquam (ut ait Asconius) necesse erat cu-
iuscunque esset ordinis, cuius Rom. obtineret. Ex hoc autem nu-
mero quatuor tantum urbanæ fuerunt, Palatina, Esquilina, Col-
lina, Suburrana: in quas, ut inquit Plinius transferri ignomi-
niae esset: dictæ à partibus urbis in quibus habitabant. Reliquæ
omnes rusticæ laudatissimæ, eorum qui rura haberent: quæ pro-
prie ingenuorum erant, cum urbanæ libertinorum essent, ut au-

H istor est Asco. & L. Florus in epit. lib. 20. & Cice. 1. de orat. Vbi
autem scripsimus, Antiq. libru qui Romæ olim est impressus,
eui titulus est Antiquæ urbis epigrāmata, significauimus. Char-
tarum autem eiusdem libri numerū subiecimus, ut facilius quæ
volumus reperiri possint. At enim illud hoc loco de numero tri-
buum dubitari potest, ex iis quæ in Flori epitome scripta repe-
xiuntur. Sribit enim lib. 19. duas tribus adiectas Velinam &
Esquili nam, multis annis post reges exactos: cum tamen cer-
tum sit Esquilinā ex quatuor tribubus unam fuisse, in quas Ser-
vius Tullius urbem diuiserat Præterea Liuinus lib. 6. Dec. 1. ita

I scribit: Tribus quatuor ex nouis ciuibus additæ, Stellatina, Tro-
mentina, Sabatina. Narniensis, eæq; triginta quinque numerum
expleuere. Post autē lib. 7. duas tribus additas esse dicit, Pontinā
& Publiciam. Et duas lib. 8. Metiam & Scaptiam. Ex duas item
lib. 9. Vfentinam & Falerinam. Et duas item lib. 10. Anensem
& Terentinam. Ex quo uideretur ant Liuinus nō sibi cōstare, aut
codex mendosus esse in numero 35. tribuum. Paulus Manutius
communem ad omnia solutionem ponit, ut uerbum illud addi-

K tæ pro auctæ accipiatur: quasi uelit Liuinus numero ciuiū auctas
eas tribus, quas additas fuisse scribit. Verū ut nō plane ita esse cre-
dam, eo potissimum adducor, q; parum commoda uidetur inter-
pretatio, ut additas uel adiectas tribus sumamus pro auctis nu-
mero

mero ciuum. Nam si eisdem uerbis utatur Liuius lib. 6. Dec. 1. A
 cum ex nouis ciuibus dicit additas quatuor tribus, & lib. 8. cum
 ita scribit: Eodē anno census actus nouiç̄ ciues censi. Tribus pp̄
 eos additæ Metia & Scaptia. Si, inquam, eisdem uerbis utroque
 loco utar, quis ferre eā interpretationē poterit, ut uno loco signi
 ficeret auctas tribus numero ciuiū, alio loco propriè sumatur? Sa-
 ne cum dicimus additas duas tribus, nemo potest aliud iis uer-
 bis intelligere, quām ad superiorem numerum tribuum duas ac-
 cessisse. Neque enim addidit duas tribus, qui superiorem nume-
 rum reliquit: se duabus tribibus addidit, qui eas auxit numero
 ciuum. Quis ergo existimabit Liuum toties abusum uerbo ad-
 dendi, quoties additas tribus dicit, & Florum uerbo adiiciendi?
 Itaque uerius mihi uidetur, ut mendosos Liuii codices dicamus
 tam libro secundo quām sexto. Vbi enim libro secundo scribi-
 tur factas Romæ unam & 30. tribus, legendum est unam & 20.
 tribus. Vbi uero libro sexto scribitur: Tribus quatuor ex nouis
 ciuibus additæ, Stellatina, Tromentina, Sabatina, Narniensis:
 et c̄ 35. tribuum numerum expluere. Legendum est, et c̄ 25.
 tribuum numerum expluere. Quod uero libro secundo le-
 gendum sit 21. tribus, ex Dionisio ostendi potest: apud quem
 libro 7. ita scriptum reperimus de iudicio Coriolani: Cum enim
 una & viginti tum tribus Romæ essent, quæ missæ sunt in suffra-
 gium, nouem habuit Martius, à quibus absolutus est. Itaque si
 duæ modò accessissent, absolutus fuisset. Si enim in iudicio Co-
 riolani non essent Romæ plusquam una & 20. tribus, certum
 autem sit ex historia iudicium Coriolani fuisse anno urbis 263. D
 Coss. A. Sempronio Atracinoiterum, & M. Minutio Auguri-
 noiterum, qui fuerunt quarti Consules post Ap. Claudium & P.
 Seruilium, quibus Consulibus Liuius scribit factas Romæ unā
 & 30. tribus: profecto necesse erit, ut eo anno non plus quām
 21. tribus factas Romæ dicamus. Neque enim mihi uidetur
 facile fuisse locum Dionysii corrumpere propter duos nume-
 ros illic positos, Græca scriptura maxime distantes à numeris,
 quos esse oporteret, si una & 30. tribus, legeretur. Vbi. n. nouē hic
 ponuntur tribus, scribendæ essent quatuordecim: inter quos
 numeros nulla est affinitas, per quam à librariis uel imperi-
 tissimis corrumpi potuissent. Iam uero si apud Liuum illo
 loco legatur 31. tribus, fatendum erit iam tum anno urbis
 259. omnes tribus Romanas fuisse præter eas quatuor, quas
 postea libro 6. ponit, Stellatinam, Tromentinam, Sabatinam,
E
L
Nar.

- F** Narnensem. Erant ergo iam tum Romanæ tribus Pontina, Vfentina, Publicia, Falerina, Terētina, Aniensis, Metia, Scaptia, Sapinia & Velina. Atqui ex historia constare potest, nondum eo tempore tam late patuisse fines imperii Romani, ut omnes has tribus continearet. Scribit enim Sex. Rufus in libello de historia Romanorum sub septem regibus non creuisse imperium Romanum ultra 18. milliarium à portis urbis Romæ. At enim post reges exactos annus tantum quintus & decimus est, quo Ap. Claudius & P. Servilius Consules fuerunt. His porro annis quindecim nulla ex parte auctum imperium reperimus, nisi ea pugna, qua Latini ad Regillum lacum debellati sunt. Atqui ne ea quidem accessione tantum auctum est imperium, ut dici possit illas omnes tribus tum Romæ fuisse. Etenim Sapinia tribus Vmbriam continebat, ut scribit L̄vius lib. 1. Decad. 4. Appium præfectum socium hac tumultuaria manu per Vmbriam, quam tribum Sapiniā uocat, agrum Boiorum inuadere iussit. Et lib. 3. eiusdem Dec. L. Furius Purpurio alter Consul per tribum Sapiniā in Boios uenit. Si igitur nihil dum ditionis Romanæ erat eo tempore in Vmbria, quomodo potuit tum esse Sapinia tribus, quæ à Sapi (ut opinor) Vmbriæ Fluvio nomen habuit? Sed nec ad Vfentē usq; fluiū eo tēpore imperium Romanū propagatum erat. Quomodo ergo tribum Vfentinam facere potuerunt, quæ nomen ex eo acciperet, quod in eoru ditione nō esset. Nec sanè Pomptinus ager Pontinē paludes in ditione Roma na tum erant, unde nomen Pontina, uel Pomptina tribus accipere. Neque ex parte Hetruriæ tam longe extendebat eorum imperium, ut Falerios usque perueniret: unde Falerinam tribum appellarent. Nec Sabinorum regio usque adeo in Romanorum ditionem uenerat ut Velinam tribum à Veleno lacu, quem accolebant Sabini, uocarent. Dici igitur non potest eas in numero tribuum Romanarum fuisse. Vnde sequitur non fuisse unam & trīginta. Porro autem lib. 6. legendū esse 25. tribus uel inde colligi potest, quod in sequentibus libris, ex iis decem quæ superfunt ad explendum numerum 35. tribuum, octo reperiantur. Nā lib. 7. duas scribit additas tribus, Pontinam & Publiciam. Et lib. 8. duas Metiam & Scaptiam. Et lib. 9. duas, Vfentinam & Falerinam. Et lib. 10. duas, Anensem & Terentinam. Itaque duæ tandem restabunt: quas ex L. Flori epitome lib. 19. supplere poterimus: ubi scribit duas adiectas tribus, Velinam & Esquilinam: si pro Esquilina aliam ponamus. Nam male legi Esquilinā ex eo intel-

intelligi potest, quod certum est unam ex urbanis tribubus fuisse A
 Esquiline: quae adiici non potuit, si proprie sumatur uerbum
 adiiciendi. Nec sane, ut adiicere significet augere numero ciuium,
 absurditate vacabit interpretatio. Nam quid commune erat Ve-
 linæ, quæ rustica tribus erat, cum Esquilina, ut simul ascriptos iis
 ciues aliquos faciamus, tam diuersi generis quam erant urbana-
 rum & rusticarum tribuum ciues? Aut cur unam ex urbanis tri-
 bubus auctam dicamus, quin simul reliquæ auctæ sint? Nam cum
 turba forensis à Q. Fabio, qui primus Maximi cognomen inde
 meruit, in urbanas tribus redacta est, simul quatuor tribus auctæ
 sunt. Et cum libertini in urbanas tribus redacti sunt, in quatuor
 simul tribus facta est libertinorum descriptio. Ac mihi quidem
 pro Esquilina legendum videretur Sapinia: hac maxime ratio-
 ne, quod cum ea sit ex iis tribibus quæ postremæ fuerunt additæ,
 nesci in iis no[n]atur, quas Luius adiectas fuisse scribit. Si igitur
 Luium auctorem sequi uelimus, quator tribus tantum sub Ser-
 uio rege dicemus fuisse, Palatinæ, Suburranam, Collinam, Esquili-
 nam, ita ut tribuum nomina nondum haberent agri partes, in
 quas diuisus erat ager Romanus: sed Appio demum Claudio &
 P. Seruilio Coss. factas esse unam & uiginti tribus: quæ erat præ
 ter illas quatuor hæ: Romulia, Pupinia, Crustumina, Quirina,
 Papyria, Popilia, Fabia, Cornelia, Aemilia, Pollia, Galleria, Le-
 monia, Sergia, Ocriculana, Volitinia, Vicentina, Claudia. Atque
 ille quidem numerus fuit usque ad annum Vrbis 368. quo an-
 no adiectæ sunt quatuor tribus, Stellatina, Tromentina, Sabati-
 na, Narniensis. Tum anno Vrbis 397. Fabio & Plautio Coss. ad
 ditæ sunt duæ, Poptina & Publicia. Post anno urbis 422. L. Cor-
 nelio iterum & Cn. Domitio Coss. additæ rursus duæ, Metia &
 Scaptia. Mox anno Vrbis 436. M. Follio & L. Plautio iterum
 Coss. adiectæ aliæ duæ, Vsentina & Falerina. Tum ann. Vrbis.
 454. Coss. T. Manlio & M. Fuluio duæ Aniensis & Terentina.
 Quæ omnes coniunctæ efficiunt numerum trium & triginta
 tribuum. Itaque duæ restabunt, quas ad finem primi belli Pu-
 nici additas ex L. Floro iudicare possumus: resci censemus fuisse E
 Velinam & Sapiniam. In illa uero opinione etiam Dionysium
 fuisse ex eo colligi posse uidetur, quod tempore iudicij Coriolani
 afferit unam & uiginti tribus tantum Romæ fuisse. Ac si locum
 illum non esse corruptum ceseamus necesse est, ut dicamus Dio-
 nygium libro 4. Fabium & Venonium auctores non eò citasse,
 quod cum iis consentiret: quandoquidem hic unam & trigin-

- F**ta tribus sub Seruio fuisse dicit, ille triginta: aut sane in numeris eo loco mendum esse, ut legatur Fabium scribere agrum diuisum esse in sex & decem partes, ubi legitur sex & 20. partes quæ sedecim partes adiectæ quatuor urbanis, viginti efficiunt tribus, non triginta, quemadmodum illic legitur. Venonium autem memorie mandasse sub hoc rege unam & 20. tribus fuisse, ubi legitur unam & triginta. Sane locus ille apud Dionysium integer non est, nec sensum perfectum ullum habet: id quod mihi eum magis suspectum reddit, ut etiam in numeris mendum esse suspicet. At si ita emendaretur ut dixi, facilius esset in tanta auctorum diversitate consensum aliquem inuenire. Nam Fabii eam faciemus sententiam, Seruum Tullium præter quatuor urbanas tribus fecisse sedecim rusticas, ita ut 20. essent omnes tribus sub eo rege. Post reges autem exactos tum demum factas esse unam & viginti, cum Claudia tribus addita est, propter eos ciues qui ex Sabinis cum App. Claudio Romanam migrarunt. In quo non multum à Fabio dissentiret Liuius, si ita interpretaremur locum apud eum libro secundo: Romæ tribus una & 20. factæ. Ut significaret accessione Claudiæ tribus, quæ eo demum anno facta sit, unam & 20. tribus factas esse. Fabius sane & Liuius in hoc dissentunt, quod agri partes quæ ciuibus assignatae erant, nomine tribuum à Fabio statim appellatur. At Liuius sub Seruio agros ciuibus assignatos non negat: quin potius ex eo quod scribit agrum trans Anienem statim assignatum iis ciuibus qui ex Sabinis cum App. Claudio Romanam migrarunt, argumentum accipi potest pariter reliquis ciuibus suos fuisse quosdam agros in certa quadam regione assignatos: at sub hoc rege nomen tribuum non eis attribuit Liuius: sed quatuor tantum tribus omnium ciuium fuisse existimat usque ad Consulatum Ap. Claudiis & P. Seruili. Quo anno ciues omnes, qui quatuor tribus continebantur, diuisi sunt in tribus unam & viginti: ita ut perinde agri partibus sua essent tribuum nomina, sicut adhuc fuerant quatuor urbis partibus. Vnde colligi posset uarietatem inde sententiarum ortam, quod iam inde a Seruio Tullio agri partes assignatae erant, quibus nomina tribuum respondere perficiebantur. Hinc enim factum est, ut Fabius crederet eas tribus iam sub hoc rege fuisse: quia iam tum essent distinctæ partes agri, quibus nomina multarum tribuum sua etiamnum ætate responderet uidebat. Ac Liuius rusticas tribus non fuisse existimat ante annum Consulatus App. Claudi & P. Seruili. Venonius certe mihi

A

mihi omnino in numero tribuum falsus uidetur. Nam siue 21. siue 31. tribus legas, oportebit, si eas spectes quas in historia post additas reperimus, ut in eo numero Claudia comprehendatur: quod tamen constat non fuisse, nisi post reges exactos, ut uel nomine indicat ab App. Claudio desumptum, qui Romae non fuit nisi aliquot annis post reges expulsos. Ex quo etiam mihi redditur magis suspectus ille Dionysii locus, apud quem scribitur, *Ve nonio magis credendum quam Fabio.* Nam si ei magis credendum est dicenti unam & triginta tribus sub Seruio rege fuisse, ne cesse erit, cum postea scribit Dionysius. Claudiam tribum additam, factas tum esse 32. tribus. Quomodo ergo uera erunt, quae post ab eo scribuntur de iudicio Coriolani? Et quomodo post factas 32. tribus, quatuor adiectas tertio anno post urbem a Gallis captam apud Liviū uerum erit? Sic enim 36. tribus efficiuntur. Atqui Luius initio libri sexti, se clariora exinde certioraque scribere praesatur: unde apparet minus dubitandum esse de ueritate eorum, quae ab eo scribuntur. Non potuit igitur probabilius esse Venoniū sententia, ut dicit Dionysius, quam Fabii. Atque ista quidem de tribuum numero satis disputata sint. Quae omnia potius eo a me subiecta sunt, ut occasionem querendae ueritatis doctioribus preberem, quam ut ea a me inuentam certo affirmarem. Hæc Tributa comitia in duo genera diuidi possunt: ut alia essent omnium tribuum, alia in quibus pars modò tribuum suffragiū diceret. Illius generis erant legum magistratumque comitia: huius, sacerdotum comitia: quae nos postea amplius docebimus. Ac multo quidem tempore ante Romae fuerunt tribus, quod Tributa comitia. Scribit. n. Diony. lib. 7. Tributa comitia primū habita fuisse a Sicinio Trib. pl. & collegiis ad iudicium de Cn. Martio Coriolano serendum. Id quod fuit anno Vrb. 263. Tribus autem iam inde sub Seruio rege erant aliquæ, ut ex omnibus historicorum communī consensu constat. Verum ista sufficiant de primo capite: in quo quid essent Tributa comitia, explicandum erat.

De causis Tributorum comitiorum. Cap. II.

C

D

E

Causas habedoriū comitiorū Tributorū generales quatuor fuisse reperio. Primā, ad creados minores magistratus: Alterā, ad sacerdotes collegiorū cooptados: Tertiā, ad leges ferēdas: Quartam, iudiciorum causa. Magistratus iis comitiis creabantur

L 3 par.

F partim prouinciales, partim urbani: & partim ordinarii, partim extraordinarii. Erant autem ordinarii magistratus qui iis comitiis creabantur, omnes minores magistratus, qui singulis annis ad suum munus ordinarium in urbe obeundum, à populo creabantur. In quo genere erant Aediles Curules, Tribuni pl. Aediles plebis, Triumviri Capitales, & Triumviri nocturni, & Triumviri auro, ære, argento flando feriundo præfecti, Quæstores, Tribuni militum. Neque enim plures ordinarios magistratus minores in urbe fuerunt, usque ad Remp. à Cæsare Dictatore occupatam: à quo Aediles Cereales factos testatur Pomponius leg. 2. de orig. iur. Digest. lib. 1. Tribuni certe ærarii magistratus non erant, sed ordinis nomen erat, ut ex lege Aurelia appareret: qua iudicia ad tres ordines, Senatorum, Equitum, & Tribunorum ærarii trâslata sunt, quæ antè erant penes duos ordines, Senatorum atq; Equitum. Nec sane iudicium tertius ordo totus ex magistratibus esse potuit: nec tot in eodem magistratu collegas fuisse uerisimile est, quot erant Tribuni ærarii. Ut ergo in Senatorum ordinem atque Equitum non suffragiis populi perueniebatur, sed uel legibus Censorumq; adscriptione uel generis successione: ita in ordinem Tribunorum ærarii non suffragiis populi, sed altero ex iis modo perueniebatur. Erat autem penes hunc ordinem custodia pecuniae attributæ. Vnde apud Varr. ita scriptum reperimus: Ab eo quoque quibus erat attributa pecunia, ut militi darent, Tribuni ærarii dicti. Erat autem pecunia attributa, inquit Asconius, quæ in stipendium militū de æario à Tribunis ærarii adnumerari Quæstori solet. Neque uero Centumviri magistratus erant, sed delectu Prætorum facti rerum priuatarum iudices: nec Decemuiri litibus iudicandis, quos ex numero Centumvirov sorte deligi solitos existimo potius quam suffragiis populi creatos. Nec præfectus urbis Latinarum causa à populo creabatur, sed à Consulibus. Id quod ex Cornelio Tacito intelligi potest, apud quem ita scribitur lib. 5. Sed præcipua ex eo gloria, quod præfectus urbi recens, continuam potestatem & insolentia parendi grauiorem, mire temperauit. Nanque antea profectis domo regibus ac mox magistratibus, ne urbs sine imperio foret, in tēpus deligebatur qui ius redderet, ac subitis mederetur. Feruntq; à Romulo Dentrem Romulium, post à Tullo Hostilio Numam Marciū, & ab Tarquinio Superbo Sp. Lucretiū impositos. Dein Consules mandabant. Duratq; simulachrū, quoties ob ferias Latinas præficitur qui Consulare munus usurpet. Ex iis Taciti uerbis ap

G H pareat

I K

J

K

A

paret præfectos illos urbis ueteres creati sohtos non à populo , sed uel à regibus uel à Cōsulibus. Vnde colligi potest multo magis adumbratum illum præfectum urbis Latinarum causa munus Consulum fuisse, non populi. Præfectis urbe Consulibus sumum imperium erat penes Prætorem urbanum : nisi cum ob Latinas ferias urbe exibat singulis annis Consules . Tum enim ad usurpationem uetus tatis, præfectus in urbe relinquendus erat à Consulibus: penes quem, non penes Prætorem, imperium esset in urbe: ne scilicet populus se religione obstrictum putaret, si qd in Latinis feriis omisssum esset , quod à ueteribus usurpatū esset .

B

De hoc præfecto urbi , Latinarum causa ita scribit A. Gellius lib. 14. cap. ultimo : Præfectum urbī Latinarum causa relictum Senatum habere posse negat Mutius, quoniam ne Senator qui dem sit, neque ius habeat lenthentiae dicendae: cum ex ea aetate præfectus fiat, quae non sit Senatoria. M. autem Varro in quarto epi stolicarum questionum , & Atteius Capito in coniectaneorum ducentesimo quinquagesimo nono, ius esse præfecto Senatus habendi dicunt. Deq; ea re assensum esse Capitonem Tuberoni contra finiam Mutii refert. Nanque & Tribunis, inquit, plebis Senator habēdi ius erat, quanquā Senatores non essent ante Atinium plebiscitum. Sunt etiam Pomponii hæc uerba leg. 2. de orig. iur.

C

Quoties autem proficiuntur , unus relinquitur qui ius dicat: isq; uocatur præfectus urbis . Qui præfectus ita olim constituebatur: postea uero Latinarum feriarū causa introductus est, & quotannis obseruatur. Quandiu igitur non erat in urbe Prætores, quibus summum imperium esset, per absentiam summi magistratus, tandem penes præfectos urbis fuit potestas non modo uocandi consulentiq; Senatum , sed etiam agendi cum populo . Vnde fit, ut Centuriata etiam comitia habendi ius esset præfecto urbis: ut intelligendi post eo , quod scribit Liuinus in fine libri primi: Duo Consules inde comitiis Cēturiatis à præfecto urbis, ex committariis Seruii Tullii creati sunt. Interregem tamen fuisse ante factum hunc præfectum urbis Sp. Lucretium, quam hæc comitia haberet, Dionysius scribit . Verum post institutam Dictaturam, subrogandis magistratibus Dictator potius creabatur, si ad Interregnū res non rediisset, quam ut ea comitia haberet præfectus. Quin tamen uel legibus ferendis, uel iudicio exercendo præfectus urbis ius haberet Centuriatis comitiis agendi cum populo, negari non potest . At post introductum Romæ Præturæ magistratum desit præfectus urbis fieri , nisi quod

D

E

- F** Latinarū causa, profectis urbe Consulibus relinquendus erat præfектus urbis, idq; (ut dixi) religionis causa potius, quād quod eo magistratu magnopere opus esset. Et quoniam feriis agere cum populo non licet, idcirco planum est hoc præfecto urbis, cui imperium non erat, nisi tempore Latinarum ius non fuisse agendi cum populo: tametsi uocandi Senatus (si quid interim accidisset, cur extra ordinem uocandus uideretur) ius habebat, ut paulo ante ex A. Gellio demonstrauit. Reliquo anni tempore, quanquā abessent Coss. nullus erat locus huic magistratui, sed summa potestas erat penes Prætorem urbanum, ut Cicero ostendit lib. 10. p. 10. pistol. Famil. his uerbis: Placuit nobis ut statim ad Cornutum Prætorem urb. literas deferremur: qui quod Consules aberant, Consulare munus sustinebat more maiorum. Quæ intellecta uolo de tempore, quo in Consulum potestate fuit Respubl. Nam sub Imperatoribus iam inde ab Augusto, ut docet Tacitus eodem lib. 5. coepit ordinaria, & continua esse potestas præfecti urbis: de quo etiam mentio est apud iurisconsultos in Tit. de præfecto urbis: tametsi præter illum urbis præfectum alias Latinarum causa præfectus urbis creari soleret (ut apparet ex libro 4. & 5. Cornelii Taciti) qui Latinarum modo tempore, Consulare munus obibat. Verum de præfecto urbis satis superē dictum est: ad Aediles Curules nobis ueniendum est, ut p. 10. Tributis comitiis, non Centuriatis (ut à quibusdam afferitur) creari solitos. Scribit A. Gellius lib. 13. c. 14. ex M. Messala maiores magistratus fuisse Consules, Prætores & Censores: reliquos omnes fuisse minores: eodemq; loco scribit maiores Centuriatis, minores Tributis comitiis creari. Vnde necessario efficitur Aediles Curules Tributis comitiis creari. Deinde idē A. Gellius lib. 6. c. 9. citat hæc uerba ex L. Pisonis tertio annali: Cn. Flavius patre Libertino natus scriptum faciebat. Ilq; eo tempore Aedili Curuli apparebat, quo tempore Aediles subrogabantur. Eumq; primæ tribus Aedilem Curulē renunciauerunt. At Aedilis qui comitia habebat, negat accipere. Hic duo sunt, quibus adducor, ut credam comitiis Tributis Aediles Curules creari. Primum, cū ait à primis tribubus Aedilem renunciatum, Alterum, cū ait illa comitia ab Aedile habita (siquidem mendo careat ille locus: quod nos postea videbimus.) Neque enim comitia Centuriata habere poterant Aediles: præsertim cum nec uocationem nec prehensionē haberent, ut ex Varrone docet Gell. lib. 13. c. 12. & 13. Vnde p. 10. spiculū est, minimū imperij Aediles habuisse. Centuriatis uero

uero comitiis habēdis maximo semper imperio opus fuit. Iam uero T. Liuius ad finem lib. noni Decad. 1. scribit Cn. Flavium à factione forensi Aedilem factum: adeoq; ab humilibus p. om̄nes tribus ab Appio Censore diuisis. Ex quo loco demonstrari potest non fuisse Centuriata comitia. Neque enim potuit forensis factio in comitiis Centuriatis praevalere: sed ut idem Liuius ait, uis suffragiorū penes primores erat. Ut omittā illā divisionē humiliū per oēs tribus nihil aut perparū potuisse, nisi tributum suffragia ferret populus. Nā si humiles erāt, qui cēsu minore erāt non poterant ad suffragium uocari humiles isti, nisi in postremis classibus: in quibus si priores consensissent, nulla uis suffragiorum esse poterat. Postrema ratio ducetur ex loco Ciceronis lib. 4. epist. ad Attic. in epist. Auere te certo seio. Illic enim de comitiis loquēs, quibus Aedilis fieri uolebat Clodius, dicit Q. Metellum Nepotem Consulem habitarum comitia Aedilium in cāpo Martio, nisi obnunciatione Milonis impeditus esset. Cui obnunciationi ut occurreret, dixit se posterō die in comitio habiturum. Vnde colligo non fuisse Centuriata Aedilium comitia. Nam Centuriata intra pomōrium haberi non poterant, ut supra ex Gellio docuimus. At illa Aedilium comitia habiturum se in comitio dicebat Metellus, ne semper ei obnūciaretur priusquam in campum uenisset. Si ergo licebat Metello intra urbem comitia Aedilitia habere, relinquitur non fuisse Centuriata. Occurrendum tamen est duabus potissimum rationibus, quibus uī detur suaderi posse Centuriata fuisse Aedilium comitia. Vna dicitur ex eo, quod Cicero in secunda orat. in Rullum dicit patr̄ios magistratus Centuriatis comitiis creari: Aedilitatem uero Curulem patritium magistratum fuisse scribit Liuius initio libri septimi 1. Decad. Altera ducitur ex eo, quod Cicero pro Planc. in comitiis Aedilium dicit Lateranensem tulisse Centuriā prærogatiuam. Si enim iis Aedilium comitiis, qui primi de populo uocati sunt, centuriatim uocati sunt, non est uerisimile alio modo quām centuriatim, reliquos fuisse uocatos: Vnde sequitur Centuriata fuisse ea comitia. Priori rationi ut occurramus, dicendum est, patr̄ios magistratus & plebeios uarie accipi: interdum enim patritii magistratus dicuntur, qui solis patebant patritiis: interdum pro omnibus maioribus magistratibus sumuntur, tā, et si plebeis hominibus in iis magistratibus locus esset. Sic plebeii interdum significat eos modō magistratus, quos plebii tñ hoīes gerere poterant. Interdum latius patet nomen plebeiorum

Fmagistratum, ut significet omnes minores magistratus, etiam si patricii homines ijs non excluderentur. Cum igitur apud Liuiū Aedilas Curulis vocatur patritius magistratus, eò pertinet, qđ à principio Aediles ex patritiis tantum creabantur. Sed postea promiscuum fuit ex patribus & ex plebe creandi: quemadmodū eodem illo loco scribit Liuius. Ut autem quæstores à principio ex patribus tantum creabantur teste Liuius lib.4 Dec. 1. Nec minus tamen Tributis comitijs postea promiscue ex plebe, & patribus creari coeperunt: ita nil uerat Aediles, quanquam à principio patricii essent, Tributis comitis creari: idqđ promiscue ex plebe & patribus. Cum uero Cicero in Rullum patritios magistratus appellat, maiores magistratus intelligit, penes quos solos essent maiora auspicia, quæ propria erant patritiorum, ut nos supra ostendimus. Nam si priore modo patricij magistratus acciperentur, illo loco Ciceronem nihil dicere facheremus: quandogdem nulli iamdudum essent magistratus ex ijs qui à populo dabantur, qui solis paterent patricii. Sumi autē pro maioribus magistratibus uel inde intelligi potest, quod plebeij magistratus, quos opponit illo loco, pro minoribus magistratibus sumuntur. Nā si plebeios intelligeremus eos modō ad quos plebeij tantum homines admitterentur, Tribuni tantum plebis & Aediles plebeij intelligendi essent. Erant enim illi soli magistratus plebis proprii: reliqui omnes plebis & patrum communes erant. Reliqui ergo omnes minores magistratus in patritiorum nomine essent comprehendendi: quos tamen falsum est, Centuriatis comitijs creari: quod de patritiis Cicero illo loco afferit. Locus enim ita habet: Maiores de omnibus magistratibus bis uos sententiam ferre uoluerunt. Nam Centuriata lex Consulibus ferebatur, & cæteris patriis magistratibus: Tributa plebeis, tum Curiata iterum de iisdem iudicabatur. Relinquitur ergo, ut nomine patritiorum omnes maiores intelligentur, ut nomine plebeiorum minores intelligentur. Si igitur Aediles Curules non erant maiores magistratus, nomine patritiorum à Cicerone illic non comprehendantur, sed potius nomine plebeiorum. Posteriori rationi occursetur si dicamus, id quod Cicero illo loco facit mentionem Centuriæ prærogatiæ, referendum esse ad illa priora comitia quæ à M. Crasso Consule nouo more habita sunt, ut ex eadem oratione apertum est. Simul enim cum Consularibus comitiis reliquorum magistratum habuit comitia, subito & præter opinionem omnium: idqđ ad reprimendum ambitum, quæ priora comitia fuerunt

A

fuerunt haud dubie Centuriata. Nihilominus tamen postea habita sunt & alia comitia Aedilium, ut ex eadem oratione perspicuum est. Ac de Aedilium quidem curulum comitiis satis dictum sit. Quod uero ad cæteros magistratus quos enumeraui, mus attinet, communis una ratio sufficere posset ad probandum Tributis comitiis creari: ducta ex locis A. Gellii & Ciceronis, quos paulo ante citauit. Nam si omnes illi magistratus minores essent, Tributis autem comitijs crearentur omnes minores magistratus, necessario efficitur omnes illos Tributis comitiis creari solitos. Verum singulatim subiectæ probationes fient aptiores. Ac primum Tribunos Aedilesq; plebis Tributis comitijs creari, ex Liuio ostendi potest, apud quem lib. 2. legimus P. Voleronem Tribunum pleb. Coss. P. Furio. L. Pinario legem promulgasse, ut plebeij magistratus Tributis comitijs fierent: quam legem sequenti anno relectus Tr. pl. idem Volero, cum collega Lectorio, qui se addidit auctorem legis, tandem pertulit. Eā historiam paulo aliter narrat Diony. lib. 9. Scribit enim Volero nem primum promulgasse de Tribunorum plebis comitiis, ut ex Curiatis quæ adhuc fuerant, Tributa fierent. Quam legem eo anno perferre non potuit: ob idq; sequenti anno legem relatam, hoc addito, ut etiam Aediles eisdem comitiis Tributis fierent: adeoq; omnia quæ plebis suffragijs peragi oportet: eamq; legem perlatam esse, ac propterea ex eo tempore Tribunorum & Aedilium pl. comitia ad suam usque ætatē Tributa ut essent, obseruatum esse. Triumuiros capitales populi suffragio creari ostendit Cicero pro Cluentio, de Q. Manilio loquens iis uerbis: Manilium plerique noratis: non ille honorem à pueritia, nō studia uirtutis, non ullum existimationis bonæ fructum unquam cogitarat: sed ex petulanti atque improbo scurra, in discordijs ciuitatis ad eam colunam, ad quam multorum sæpe conuitijs perductus erat, tum suffragijs populi peruererat. Erant autem Triumuiiri capitales, qui ad columnam Mæniam de eorum scelere cognoscabant, qui cum ciues Romani non essent, in urbe hababant, & custodes carceris erant, & eorum interuentu in eos anni maduertebatur, qui extremo suppicio damnati essent. Vnde facile est intelligere inter minores magistratus fuisse, quemadmodum etiam nominatim appellantur à Liuio initio libri quinti Dec. 3. Itaque comitiis Tributis Triumuiros capitales creari necessario reliquitur. Triumuiiri etiam nocturni populi suffragio creabantur, ut ex Liuio intelligi potest ad finem lib. 9. 1. Decad.

B

C

D

E

De

- F** De Cn. enim Flavio loquens ita scribit: Quem aliquanto ante desississe scriptum facere, arguit Macer Licinius, Tribunatu ante gesto Triumuiratibusque nocturno altero, altero coloniae deducendae. De his nocturnis Triumuiris ita scribit Paulus Iurisconsultus leg. 1. De officio praefecti uigil. Digest. lib. 1. Apud uetusiores incendiis arcedis Triumuiri praerant: qui ab eo quod excubias agebant, etiam nocturni dicti sunt. Ex Liuii uerbis apparet eum fuisse magistratum, cuius non esset continua potestas, sed tantum annua. Vnde sequitur populi suffragiis opus fuisse ad mandandum eum magistratum. Quia autem in minoribus magistratibus erat, ideo efficitur Tributis comitiis eum magistratum creari. Fuisse autem hos nocturnos Triumuiros a capitalibus diuersos hinc apparet, quo Triumuiri capitales primum creati scribuntur a Floro in epitom. libri undecimi: ex quo sequitur multo tempore ante fuisse nocturnos quam capitales. Idem de Triumuiris monetibus, quod de his dicendum est: de quibus mentione est apud Pomponium lege secunda de originis iuris, & apud Ciceronem libro septimo epistol. Famil. De Quæstoriis scribit hoc modo Cornelius Tacitus libro undecimo: Sed Quæstores regibus etiam tum imperantibus instituti sunt: quod lex Curiata ostendit a L. Bruto repetita. Mansitque Consulibus potestas deligendi, donec eum quoque honorem populus mandaret: creati primum Valerius Posthumius, Aemylius Mamerlus LXIII anno post Tarquinios exercitos, ut rem militarem comitarentur. Dein gliscentibus negotiis duo additi, qui Romæ curarent. Mox duplicatus numerus stipendiaria iam Italia, & accendentibus prouinciarum uectigalibus. Post lege Sylla uiginti creati, supplendo Senati, cui iudicia tradiderat. Vipianus uero in lege unica de officio quæstoris, Digest. lib. 1. ita scribit: Origo Quæstoris creandi antiquissima est, & pene ante omnes magistratus. Gracchanus denique Iunius libro septimo de potestatibus, etiam ipsum Romulum & Numam Pompilium binos Quæstores habuisse quos ipsi non sua uoce sed populi suffragio crearent, refert. Sed sicuti dubium est, an Romulo & Numa Pompilio regnantibus Quæstor fuerit: ita a Tullo Hostilio rege Quæstores fuisse certum est. Et sane crebrior apud veteres opinio est Tullum Hostilium primum in Rem publicam induisse Quæstores. Et a genere querendi Quæstores initio

A

tio dictos, & Iunius, & Trebatius, & Fenestella scribunt. Plutarchus in vita Publicolæ scribit: In quæstoria etiam legere ferenda maximam est laudem consecutus. Vbi enim opus erat ad bellum pecunias pro censu ciues conferre, cum neque ipse id munus obire uellet, & ab eo obeundo amicos deterreret: nec omnino publicas pecunias in priuatam domum inferri æquum duceret, ærarium Saturni ædem constituit: itaque hodie manet. Concessit autem populo, ut Quæstores duos creare posset, creati sunt primi P. Veturius, & M. Minutius. Apud Liuium non est mentio Quæstorum ante Consulatum T. Quintii Capitolini, & Agrippæ Furii anno Vrb. CCCIX. Eo autem anno fuisse Quæstores qui ærario præfecti essent, ostendit iis uerbis, quæ ad finem libri tertii scribuntur: Hæc omnia adeo mature perfecta accepimus, ut signa eo ipso die à quæstoribus ex ærario prompta delataq; in campum, quarta dici hora mota ex campo sint. Post uero libro quarto de Quæstoribus ita scribit: Quemadmodum bellum minore quam timuerant dimicazione erat perfectum: sic in urbe ex tranquillo nec opinata moles discordiarum inter plebem ac patres exorta est:cepta ab duplicando Quætorum numero. Quam rem, ut præter duos urbanos Quæstores, duo Consulibus administeria belli præsto essent, à Consulibus relata, cum & patres summa ope opprobassent: Consulibus Tr. pleb. certamen iutulerunt, ut pars Quætorum (nam ad id tempus patritii creati erant) ex plebe fieret. Paulò post subiicit suffragiis populi, Quæstores quatuor creatos. Id quod incident in annum urbis CCCXXXV. quo anno erant Tribuni militum Consulari potestate L. Quintius, Sex. Furius M. Manlius, A. Sempronius. Magna prolectio est inter hos auctores sententiarum diuersitas, quod ad originem huius magistratus attinet. Hoc tamen omnes conueniunt, tandem populi suffragiis creatos fuisse Quæstores. Sane antequam frequentari cooperunt Tributa comitia, existimo Curiatis comitiis Quæstores eodem modo quo Tribunos Adilesq; plebis ante legem Voleronis, creari solitos. At postquam Curiata comitia cooperunt uelut auspiciorum tantum causa in urbe resineri, ut scribit Cicero in Rullum, Tributis comitiis creari cooperunt. A principio enim ciues Romani non alii erant, quam qui uel in urbe uel in agro Romano habitabat. Vnde semper in urbem migrasse eos legimus, quos tum ciuitate donatos reperimus. Quod si in urbem migra-

B

C

D

E

Frent, per curias etiam triginta distributos fuisse necesse est, quæ admodum etiam diserte affirmat Dionysius. Quare primis illis temporibus, Curiatis comitiis habendis nulli ciues excludebantur suffragio. At postquam admitti in ciuitatem coeperunt municipia, quia in curiis, quæ urbis tantum partes erant, municipes locum non habebant, cum tamen in tribubus essent, necessario efficiebatur, ut Tributis comitijs (si modo ciuitatem cum iure suffragij obtinuissent) suffragio non excluderentur, Curiatis vero excluderentur. Id quod ne fieret, propterea coeperunt Tributa frequentari : Curiata uero certis tantum de causis retincri, de quibus nos postea disputabimus. Porro autem questores xatae Ciceronis Tributis comitiis creari solitos, ipse indicat lib. 7. epistola. Fam. in ep. ad Curium, cuius initium est: Ego uero. In campo certe non fuisti, cum hora secunda comitiis questoriis institutis, sella Q. Maximi quem illi Consulem esse dicebant, posita esset. Quo mortuo nunciato sella sublata est. Ille autem qui comitiis Tributis esset auspicatus, Centuriata habuit. Quod enim Cicero dicit Cæsarem Tributis comitiis auspicatum, cum uellet questoria comitia habere, aperte demonstrat questoria comitia fuisse Tributa. Sequuntur ex ordinarijs magistratibus Tribuni militum: de quibus scribit Asconius duobus generibus contineri, ut alii essent Rufuli, qui in exercitu creari volerent: alii Comitati, qui Romæ comitijs designarentur. De his utrisque Livius lib. 7. Dec. 1. ita scribit: Et cum eo anno primum placuisset Tribunos militum ad legiones suffragio fieri (nam & antea sicut nunc, quos Rufulus uocant, imperatores ipsi faciebant) secundū in sex locis tenuit. Ex ijs locis apparet non omnes Tribunos militum populi suffragio creari, & qui creabantur, primum creari coepisse Coss. Q. Seruilio iterum, & L. Genutio iterum anno Vrb. 393. De eisdem Tribunis militum ita scribit Livius lib. 9. Dec. 1. Et duo imperia eo anno dari copta per populum, utramq; ad rem militarem pertinentia. Vnū, ut Tribuni militum seni deni in quatuor legiones a populo crearētur: quæ antea per quam paucis suffragio populi relictis locis, Dictatorum & Consulium ferme fuerant beneficia. Tulerunt eam rogationem Tribuni plebis L. Atilius, C. Martius. Ex quo loco intelligi potest iam inde à Coss. Q. Aemylio iterum, & C. Junio Bruto iterum anno Vrb. 444. populi suffragijs sedecim Tribunos militum, qui legionibus quaternum millium præsent, creari coepisse. Post uitiginti quatuor creatos à populo Tribunos militum, qui quatuor

G frequentari: Curiata uero certis tantum de causis retincri, de quibus nos postea disputabimus. Porro autem questores xatae Ciceronis Tributis comitiis creari solitos, ipse indicat lib. 7. epistola. Fam. in ep. ad Curium, cuius initium est: Ego uero. In campo certe non fuisti, cum hora secunda comitiis questoriis institutis, sella Q. Maximi quem illi Consulem esse dicebant, posita esset. Quo mortuo nunciato sella sublata est. Ille autem qui comitiis Tributis esset auspicatus, Centuriata habuit. Quod enim Cicero dicit Cæsarem Tributis comitiis auspicatum, cum uellet questoria comitia habere, aperte demonstrat questoria comitia fuisse Tributa. Sequuntur ex ordinarijs magistratibus Tribuni militum: de quibus scribit Asconius duobus generibus contineri, ut alii essent Rufuli, qui in exercitu creari volerent: alii Comitati, qui Romæ comitijs designarentur. De his utrisque Livius lib. 7. Dec. 1. ita scribit: Et cum eo anno primum placuisset Tribunos militum ad legiones suffragio fieri (nam & antea sicut nunc, quos Rufulus uocant, imperatores ipsi faciebant) secundū in sex locis tenuit. Ex ijs locis apparet non omnes Tribunos militum populi suffragio creari, & qui creabantur, primum creari coepisse Coss. Q. Seruilio iterum, & L. Genutio iterum anno Vrb. 393. De eisdem Tribunis militum ita scribit Livius lib. 9. Dec. 1. Et duo imperia eo anno dari copta per populum, utramq; ad rem militarem pertinentia. Vnū, ut Tribuni militum seni deni in quatuor legiones a populo crearētur: quæ antea per quam paucis suffragio populi relictis locis, Dictatorum & Consulium ferme fuerant beneficia. Tulerunt eam rogationem Tribuni plebis L. Atilius, C. Martius. Ex quo loco intelligi potest iam inde à Coss. Q. Aemylio iterum, & C. Junio Bruto iterum anno Vrb. 444. populi suffragijs sedecim Tribunos militum, qui legionibus quaternum millium præsent, creari coepisse. Post uitiginti quatuor creatos à populo Tribunos militum, qui quatuor

H frequentari: Curiata uero certis tantum de causis retincri, de quibus nos postea disputabimus. Porro autem questores xatae Ciceronis Tributis comitiis creari solitos, ipse indicat lib. 7. epistola. Fam. in ep. ad Curium, cuius initium est: Ego uero. In campo certe non fuisti, cum hora secunda comitiis questoriis institutis, sella Q. Maximi quem illi Consulem esse dicebant, posita esset. Quo mortuo nunciato sella sublata est. Ille autem qui comitiis Tributis esset auspicatus, Centuriata habuit. Quod enim Cicero dicit Cæsarem Tributis comitiis auspicatum, cum uellet questoria comitia habere, aperte demonstrat questoria comitia fuisse Tributa. Sequuntur ex ordinarijs magistratibus Tribuni militum: de quibus scribit Asconius duobus generibus contineri, ut alii essent Rufuli, qui in exercitu creari volerent: alii Comitati, qui Romæ comitijs designarentur. De his utrisque Livius lib. 7. Dec. 1. ita scribit: Et cum eo anno primum placuisset Tribunos militum ad legiones suffragio fieri (nam & antea sicut nunc, quos Rufulus uocant, imperatores ipsi faciebant) secundū in sex locis tenuit. Ex ijs locis apparet non omnes Tribunos militum populi suffragio creari, & qui creabantur, primum creari coepisse Coss. Q. Seruilio iterum, & L. Genutio iterum anno Vrb. 393. De eisdem Tribunis militum ita scribit Livius lib. 9. Dec. 1. Et duo imperia eo anno dari copta per populum, utramq; ad rem militarem pertinentia. Vnū, ut Tribuni militum seni deni in quatuor legiones a populo crearētur: quæ antea per quam paucis suffragio populi relictis locis, Dictatorum & Consulium ferme fuerant beneficia. Tulerunt eam rogationem Tribuni plebis L. Atilius, C. Martius. Ex quo loco intelligi potest iam inde à Coss. Q. Aemylio iterum, & C. Junio Bruto iterum anno Vrb. 444. populi suffragijs sedecim Tribunos militum, qui legionibus quaternum millium præsent, creari coepisse. Post uitiginti quatuor creatos à populo Tribunos militum, qui quatuor

I frequentari: Curiata uero certis tantum de causis retincri, de quibus nos postea disputabimus. Porro autem questores xatae Ciceronis Tributis comitiis creari solitos, ipse indicat lib. 7. epistola. Fam. in ep. ad Curium, cuius initium est: Ego uero. In campo certe non fuisti, cum hora secunda comitiis questoriis institutis, sella Q. Maximi quem illi Consulem esse dicebant, posita esset. Quo mortuo nunciato sella sublata est. Ille autem qui comitiis Tributis esset auspicatus, Centuriata habuit. Quod enim Cicero dicit Cæsarem Tributis comitiis auspicatum, cum uellet questoria comitia habere, aperte demonstrat questoria comitia fuisse Tributa. Sequuntur ex ordinarijs magistratibus Tribuni militum: de quibus scribit Asconius duobus generibus contineri, ut alii essent Rufuli, qui in exercitu creari volerent: alii Comitati, qui Romæ comitijs designarentur. De his utrisque Livius lib. 7. Dec. 1. ita scribit: Et cum eo anno primum placuisset Tribunos militum ad legiones suffragio fieri (nam & antea sicut nunc, quos Rufulus uocant, imperatores ipsi faciebant) secundū in sex locis tenuit. Ex ijs locis apparet non omnes Tribunos militum populi suffragio creari, & qui creabantur, primum creari coepisse Coss. Q. Seruilio iterum, & L. Genutio iterum anno Vrb. 393. De eisdem Tribunis militum ita scribit Livius lib. 9. Dec. 1. Et duo imperia eo anno dari copta per populum, utramq; ad rem militarem pertinentia. Vnū, ut Tribuni militum seni deni in quatuor legiones a populo crearētur: quæ antea per quam paucis suffragio populi relictis locis, Dictatorum & Consulium ferme fuerant beneficia. Tulerunt eam rogationem Tribuni plebis L. Atilius, C. Martius. Ex quo loco intelligi potest iam inde à Coss. Q. Aemylio iterum, & C. Junio Bruto iterum anno Vrb. 444. populi suffragijs sedecim Tribunos militum, qui legionibus quaternum millium præsent, creari coepisse. Post uitiginti quatuor creatos à populo Tribunos militum, qui quatuor

K frequentari: Curiata uero certis tantum de causis retincri, de quibus nos postea disputabimus. Porro autem questores xatae Ciceronis Tributis comitiis creari solitos, ipse indicat lib. 7. epistola. Fam. in ep. ad Curium, cuius initium est: Ego uero. In campo certe non fuisti, cum hora secunda comitiis questoriis institutis, sella Q. Maximi quem illi Consulem esse dicebant, posita esset. Quo mortuo nunciato sella sublata est. Ille autem qui comitiis Tributis esset auspicatus, Centuriata habuit. Quod enim Cicero dicit Cæsarem Tributis comitiis auspicatum, cum uellet questoria comitia habere, aperte demonstrat questoria comitia fuisse Tributa. Sequuntur ex ordinarijs magistratibus Tribuni militum: de quibus scribit Asconius duobus generibus contineri, ut alii essent Rufuli, qui in exercitu creari volerent: alii Comitati, qui Romæ comitijs designarentur. De his utrisque Livius lib. 7. Dec. 1. ita scribit: Et cum eo anno primum placuisset Tribunos militum ad legiones suffragio fieri (nam & antea sicut nunc, quos Rufulus uocant, imperatores ipsi faciebant) secundū in sex locis tenuit. Ex ijs locis apparet non omnes Tribunos militum populi suffragio creari, & qui creabantur, primum creari coepisse Coss. Q. Seruilio iterum, & L. Genutio iterum anno Vrb. 393. De eisdem Tribunis militum ita scribit Livius lib. 9. Dec. 1. Et duo imperia eo anno dari copta per populum, utramq; ad rem militarem pertinentia. Vnū, ut Tribuni militum seni deni in quatuor legiones a populo crearētur: quæ antea per quam paucis suffragio populi relictis locis, Dictatorum & Consulium ferme fuerant beneficia. Tulerunt eam rogationem Tribuni plebis L. Atilius, C. Martius. Ex quo loco intelligi potest iam inde à Coss. Q. Aemylio iterum, & C. Junio Bruto iterum anno Vrb. 444. populi suffragijs sedecim Tribunos militum, qui legionibus quaternum millium præsent, creari coepisse. Post uitiginti quatuor creatos à populo Tribunos militum, qui quatuor

tuor primis legionibus præfessent, reperio: legiones enim tādem A
 sena millia continere coeperunt: ex quo sequitur sex Tribunos
 in singulis legionibus fuisse. Id quod postea semper obserua-
 tum est, nisi nominatim latum esset ad populum, ut suo iure ce-
 deret. Quod factum fuisse scribit Liuius lib. 2. Decad. quintæ iis
 verbis: In Tribunis militum nouatum eo anno propter Mace-
 donicum bellum, quod Consules ex S. C. ad populum tulerunt,
 ne Tribuni militum eo anno suffragijs crearentur, sed Consul-
 lum Prætorumq; in iis faciendis iudicium arbitriumq; esset. Vn
 de apud Suetonium in Gæfare ita scriptum reperimus: Tribu-
 nus militum, qui primus Romam reuerso per suffragia populi
 honor obtigit, auctores restituendæ Tribunitiæ potestatis eni-
 xissime iuuit. Et apud Plutarchum in vita Catonis Uticensis. In
 petitione Tribunatus militaris legem quæ candidato nomencla-
 tores adesse uatabat, solus Cato seruauit, per se ipsum appellans
 populum. Ex quibus locis apparet populi suffragiis etiamnum
 ætate Ciceronis Tribunos militum creari solitos. Tributis ue-
 rò comitiis creari, cum ex eo intelligi potest, quod minores ma-
 gistratus essent, tum uero ex eo quod scribit Salustius in bello
 Iugurthino, de Mario loquens: Ergo ubi primum Tribunatu militarem à populo petit, plerisque faciem eius ignorantibus, fa-
 cile notus per omnes tribus declaratur. Neque enim moueri ex
 eo oportet, quod apud Liuium scriptum est in concione Camilli
 ad finem libri quinti: Quid alia, quæ auspicato agimus, om-
 nia fere intra pomœrium, cui obliuioni aut cui negligentia da-
 mus comitia Curiata, quæ rem militarem continent: comitia
 Centuriata, quibus Consules Tribunosq; militares creatis. Illic
 enim Tribuni militares Consulari potestate intelliguntur, non
 Tribuni militum ad legiones, qui nondum tempore Camilli po-
 puli suffragio creabantur. Extraordinarios magistratus urba-
 nos, hoc est, quibus etiam in urbe imperium esset, multos ac di-
 uersi generis in historia reperire licet. Nam ut quæque negotia
 occurrabant, quæ extraordianiam curationem requirere vide-
 bantur, ita ali⁹ atque ali⁹ magistratus creabantur. In hoc genere
 erant præfecti annonæ, qualem fuisse legimus L. Minutū apud
 Liuium lib. 4. ubi etiam à plebe creatum eum asserit: unde seque-
 tur non fuisse ea Centuriata comitia, sed Tributa. Pompeius
 quoque hunc magistratum gessit, creatus eo anno, quo Cicero
 reuocatus est ab exilio, ut constat ex orat. pro domo sua. In hoc
 etiam genere erant Duuumiri nauales, de quibus Liuius lib. 10.
 Decad.

B

C

D

E

Vt Ciceroni Quæstori altera ex Siculis Quæsturis. Lilybeta- na obtigit: Cæsari ulterior Hispania: Cn. Plancio Macedonia: L. Lucullo Asia. Sed quoniam uel illæ prouinciae satis magno numero non erant, ut Quæstorum numero respondere possent,

E

uel

F uel non omnes à Senatu decernebatur: hinc sit, ut alias præterea per Italiam proprias Quæstorum prouincias reperieramus. Cicero pro Muræna: Sed Quæstura utriusque propemodum parí momento sortis fuit. Habuit hic lege Titia prouinciam tacitam & quietam. Tu illam, cui cum Quæstores sortiuntur etiam acclamari solet Hostiensem, nō tam gratiosam & illustrem, quam negotiosam & molestam. His uerbis Cicero duas ponit Quæstorias prouincias. Vnam lege Titia, quam ego existimo ex Agraria lege Titij natam fuisse, ad colligendum scilicet uectigal agris publicè assignatis impositum. Nam Sex. Titius Tr. pl. legem Agrariam tulisse legitur M. Antonio & A. Posthumio Albinio Coss. auctore Valerio lib. 8. cap. 1. & Cicerone lib. 2. de oratore. Alteram Hostiensem: quæ frumentarium procurationem habebat, ut Cicero indicat in orat. pro Sestio: Nec mihi erat res cum Saturnino, qui quod à se Quæstore Hostiensi per ignominiam ad principem, & Senatus & ciuitatis M. Scaurum rem frumentarium translatam sciebat, dolorem suum magna contentione animi persequebatur. Et de Arusp. responsis: Saturninū quod in caritate annonæ Quæstorem à sua frumentaria procuratione Senatus amouit, eiç rei M. Scaurum præfecit, scimus dolore factum esse popularē. Erat & alia prouincia aquaria, cuius meminit Cicero in Vatinium, de Quæstura eius loquens, his uerbis: In eo magistratu cum tibi magno clamore aquaria prouincia sorte obtigisset, missusne sis à me Consule Puteolos, ut inde aurum exportari, argentumq; prohiberes. Cum autem suæ hoc modo darētur omnibus Quæstoribus prouinciæ, attamen prouinciarum diuersitas efficiebat, ut alij possent statim inito magistratu factaq; sortitione suum munus exercere: alii non possent. Nam quibus aut in urbe aut in locis per Italiam uicinis prouinciæ obiigerant, poterant statim suas prouincias gerere. Quibus uero obtigerant externæ prouinciæ, hi tantisper ociosam habebant Quæsturam, dum in prouincias peruenissent. Atque illi quidem, qui urbanas aut uicinas urbi prouincias habebant, in fine anni deponebant imperium. Qui uero externas populi Romani prouincias habebant, tandem in prouincia imperium retinebant, donec successor mitteretur, si modò post annum in prouincia imperium manere uellent. Numerabatur autem annus prouinciæ ex eo die, quo primum attigissent prouinciam: non autem ex Cal. Ianuarij quibus Quæsturam primum inissent. Vnde siebat, ut sere Quæstores isti prouinciales post finitum annum

annum suæ Quæsturæ adhuc retinerent imperium in prouincia, donec prouinciali munere perfecto in urbem rediissent. Qm autem Consules in suas prouincias sere non proficisciabantur nisi ad finem anni, ideo necesse erat, ut & Quæstores qui eis obligerant, non possent in prouincia imperium obtinere, priusquam eas prouincias administrare Consules coepissent: itaq; fiebat, ut sere cum anno Quæsturæ continuarent & alterum annum prouincie. Ut P. Sestius, qui G. Antonii collegæ Ciceronis Quæstor erat, in Macedonia Quæstor non fuit nisi perfecto bello Catilinariorum, quod initio anni sequentis auctore Dione demum profligatum est. Et Quæstor Cæsaris non fuit in Gallia toto anno Consulatus Cæsaris: sed tertio demum aut quarto mense anni proximi eò cum Cæsare peruenit. Quod idem in aliis Quæstorum prouincialibus dicendum, si uel negotiis priuatis aut publicis, aut morbo impediti non potuissent in prouincias ire, cū primum eis licitum esset: uel si nondum eis in prouincia esse liceret, quia tempus succedendi Senatusconsulto definitum nondum uenisset. Neque enim unà cum Prætoribus Quæstores semper in prouincias ibant: nec semper cum eis decesserant, sed accidere poterat, ut unius Prætoris annus duos haberet Quæstores: & contrà, ut unus Quæstor duorum esset Prætorum. Cicero enim 4. orat. in Verr. ostendit duos Quæstores, qui postremi fuerant, Verris Quæstores adhuc in Sicilia cum imperio fuisse, quando ipse ad inquirendum in eum profectus est in Siciliam. Verba eius hæc sunt: Quæstores utriusque prouinciae qui isto Prætore fuerant, cum fascibus mihi præsto fuere. Quod enim ait Cicero, cum fascibus, argumento est cum imperio hos Quæstores fuisse. Atqui iandudum Verres decesserat de prouincia, cum Cicero ad inquirendum in eum eò profectus est, & iam ei L. Metellus successerat. Ex iis ergo consequens est, Quæstores Verris non simul imperium cum eo deposuisse, sed Metello etiam Prætore Quæstores fuisse. Quod uero continuo subiicit Cicero eos Quæstores, qui illis successerunt, non minus acres cōtra se fuisse, argumento est, interim dū in Sicilia erat, hos successores uenisse. Erat aut in Sicilia Cicero mēsibus Maio & Iunio. Ex quo aparet cū ad principium anni Prætor Verres decessisset, Quæstores non nisi quinto aut sexto mense decessisse. Illud quoque animaduertendū hoc loco est, adeò fuisse diuersas Quæstoriū ac Prætoriū prouincias, ut s̄pē non mitteretur à Senatu successor Prætoribus, cum interim Quæstoriibus illæ prouinciae decernerent.

N Vluti

- F** Veluti Verres triennio Siciliam Prætor obtinuit: attamen singulis annis alios atque alios Quæstores habuit, ut docet Asconius. Et Ciceroni Proconsuli in Cilicia successor non est missus: & tamen Quæstor eò missus est C. Cælius, ut ipse docet ultima epist. lib. 2. Ep. Fā. Quo etiam in loco, & aliis epist. ad At. lib. 7. Cicero ostendit C. Cælium in prouinciam non uenisse, nisi paulò ante diem tertium Cal. Sextil. quo die terminato anno imperio, Cicero de prouincia deceſſit. Vnde sequitur C. Cælium, qui Quæsturam Calendis Ian. inierat, in prouincia demum seprimo mēſe peruenisse. Ex quo apparet uerum esse illud quod diximus, post finitum annum Quæsturæ, in prouincia Quæstores imperium habuisse. Quod si successor non mitteretur Quæstoriibus, tum uero accidebat, ut multo diutius imperiū retinerent. C. Graccho Quæstori successor non est missus: ideoq̄ triennium Quæstorio imperio fuit in Sardinia, ut ait Plutarchus. Et L. Lucullus in Asiam Quæstor profectus, ibi per multos annos prouinciae præfuit, inquit Cicero in principio Luculli: nec cum Sylla cuius erat Quæstor deceſſit, sed etiam sub imperio Murænæ, quem legatum suū prouinciae Sylla præficerat, Quætor fuit. Et Cicero lib. 13. Ep. Fam. in epistola ad L. Plancum, Non dubito, ita scribit: Huius p̄pinquis fuit T. Antistius', qui cum sorte Quæstor Macedonia obtineret, neque ei successum esset, Pompeius in eam prouinciam cum exercitu uenit. Et P. Sestius Quæstor C. Antonii in Macedonia terminato imperio anno, non deceſſit de prouincia, ut apparet ex sexta epist. lib. 5. Epist. Fam. Quibus ergo successor nō mittebatur, hi imperium retinebat, si aut sua sponte in prouincia esse uellent, aut Senatus, ut in prouincia manerent, prorogato iis imperio, decreuisset. Idem enim hic de Quæstoriis prouinciis, ac de Consularibus & Prætoriis dicendum est. Cum enim oporteret singulis annis ad Senatum de his omnibus prouinciis referri, interdum eueniebat, ut per intercessiones aut per alias magis necessarias occupationes, nihil posset Senatus de prouinciis perficere. Quo casu qui in prouinciis erant, decedere de prouincia poterant si uellent: quia Senatus consulti aut legis tempus iis peractum esset. Quomodo Cicero de prouincia Cilicia deceſſit: cum nihil potuisset in Senatu confici de prouinciis Consularibus & Prætoriis per contentiones Cæsarianorum & Pompeianorum. Aut uero manere in prouincia cum eodem imperio, tametsi tempus Senatus consulti expirasset. Quādo uero pro suo iure & more Senatus de prouinciis decreuerat, uel omnibus,

nibus, uel unius tantum aut alterius generis horum (seorsum. n.
de Consularibus Praetoriis, & Quæstoriis referebatur ad Sena-
tum : interdum q̄ Quæstoriæ decernebantur , cum de aliis nihil
peragi posset, quemadmodum factum est eo ipso anno , quo in
prouincia erat Cicero) tum uero suo decreto ad Reip. necessita-
tem accommodato, uel omnibus magistratibus prouinciarum
illius generis de quo agebatur, successores decernebat: uel quibus
dā successores dabant, quibusdam prorogabat imperium. Si omni-
bus prouinciis dedit esset successores, hi q̄ quibus sortito obtigissent
in eas prouincias ire uoluissent, tum necessario decadendū erat o-
mnibus prouinciis. Sin decreto successore alicui prouinciæ in p-
uinciam tamen non iuisset is cui ea obtigerat, eo rursus modo li-
berum erat ei qui in prouincia erat, aut decadere aut manere in
prouincia. Ut C. Verri Arrius successor obtigerat primo anno
Praeturæ Sicilienfis. Quia tamen in eam prouinciam ire aut nō
potuit aut neglexit Arrius, in prouincia Verres cum eodem im-
perio mansit. Quibus uero Senatus decernendis prouinciis im-
periū prorogabat, his necessariò in prouincia manendum erat. Nā
cur toties Cicero ad Atticum libro 5. & 6. ad M. Cælium lib. 2.
Epist. Fam. aliosq; permultos scribebat, ut omnibus modis pro-
curarent ne Senatus ei in prouincia prorogaret imperium, si ni-
hilominus decadere ei liberum fuisset . Aut quomodo propter
Senatus decretum Q. Tullio fratri Ciceronis manendum in Asia
fuit tertio anno, non modò præter suam uoluntatem , sed etiam
aduersus amicorum contentionem, qui ut ei successor decernere-
tur contendebant, si liberum fuisset præter Senatus decretum de-
cedere? Illud igitur certum est, non fuisse liberum iis decadere de
prouincia, quibus Senatus imperium prorogasset: sed iis modò,
de quorum prouincia aut nihil Senatos egisset , aut successorem
decreuerisset. His uero Proconsulibus, & Proprætoribus qui non
expectato successore de prouincia decadebant, id prouidendum
erat, ut aliquem relinquenter qui prouinciæ interim præseset, dā
Senatus aut populus de ea prouincia aliter statuisset. Cicero ad
Att. lib. 6. in epistola, Tarlum uenimus : Mihi difficultis ratio ad-
ministrandi, q̄ paucos dies habebam reliquos annui muneris: il-
lus autem difficillimum. Relinquendus erat ex S. C. qui præseset.
Solebat autem fere cum imperio relinquere unus ex legatis: in-
terdum & Quæstor præficiebatur. Nam & Cicero eodem illo
loco ostendit liberum sibi fuisse uel Quæstorem suum Mesciniū
præficere, uel Q. fratrem qui unus ex suis quatuor legatis erat.

- F** Tandem tamen neutrum præfecit prouinciae: sed C. Cæliū Quæstorem successorem Mescinii. Ex quo apparet, si Quæstorē Me scinium prouinciae præfecisset Cicero, deponendum illi fuisse imperium Quæstorum, ut tantum suæ Præfecturæ imperium retineret: imperium uero Quæstorum penes Cæliū esset. Habant enim qui ita præfecti erant prouinciis, imperium idē quod ii, à quibus præfecti erant, sive iurisdictionem spectes sive rem militarem, sed tamen id absque ornamenti imperii habebant. Quod uero imperium haberent, Cicero ostendit in eadem epistola ad Att. cum ait: Rectissimum videbatur, fratrem cum imperio relinquere. Ex quo planum est hunc C. Cæliū, qui Ciliæ prouinciae à Cicerone præfектus erat, Quæstoriū tantum sui imperii ornamenti habuisse: cum tamen in cætera administratio ne prouinciae Proconsulari esset imperio. Vnde etiam fit, ut Sa lustius in Iugur. Proconsulem uocet A. Posthumium, quem Africæ prouinciae præfecerat Sp. Posthumius Consul, Roman propter comitia reuocatus. Sed & eundem A. Posthumium uocat pro prætore: quia cum Prætor communi nomine appellatur omnis magistratus cui pareret exercitus, non iniuria dicitur pro prætore in exercitu esse, qui locū eius obtinet, qui eius exercitus prætor esset. Verum ea (ut dixi) uerius nomina sunt muneris & administrationis, quām magistratus & imperii: ideoque illi proprætorum nomine uocari tantum conspiciuntur, nō etiam prætorum: quemadmodum illi qui à Senatu & populo in prouincias mittebantur: quos passim prætores prouinciarū appellari uidemus. Et cum Pompeius per suos legatos Hispaniam prouinciam administrabat, ornamenta imperii adeoq; ipse magistratus penes Pompeium erant, administratio penes leges legatos. Quod si Quæstores non expectato successore de prouincia decederent, non erat eorum suæ prouinciae aliquem præficere: sed eius, penes quem summum erat prouinciae imperium, proconsulis aut proprætoris. Is uero qui muneri Quæstorio ita præficiebatur, non Quæstor, sed pro quæstore uocabatur. Iam uero si in prouincia moreretur Quæstor, proconsulum erat aut proprætorum alium sufficere, qui pro quæstore esset. Cuius rei exemplum est apud Ciceronem 3. in Verr. ubi ait C. Verrem legatum Cnei Dolabellæ proconsulis in Cilia in locum demortui C. Malleoli sui Quæstoris à Dolabella Quæstorio muneri præfectum fuisse. Verba eius hæc sunt: Itaque idem iste, quem Cn. Dolabella postea Malleolo occiso pro quæstore

quæstoriæ habuit. Et alio loco: C. Malleolo Quæstoriæ Cn. Dolæ bellæ occiso, duas sibi hæreditates uenisse arbitratus est: Vnam Quæstoriæ procreationis: nam à Dolabella statim pro questore iussus est esse. Ego uero, & alios quosdam proquæstores in Consulari exercitu fuisse præter eum qui suffragiis populi creatus reuera Quæstor esset Consulis, ex iis intelligi posse existimo, quæ ex rationibus à Verre Quæstoriæ relatis citantur à Cicerone 3. in Verr. Ita enim erat in rationibus Verris: Dedi stipendio, frumento, legatis proquæstoriibus, cohorti prætoriæ H. S. mille 635. millia. Ex his enim uerbis apparet fuisse in eo Cn. Carbonis Consulis exercitu quosdam proquæstores, quibus perinde, ut legatis, de publico daretur pecunia ab eo qui reuera Quæstor esset. Verres enim Quæstor erat, cui data erat attributa pecunia: ex qua se dicit Verres hanc summam numerasse. Verum ut neque hi neque illi proquæstores à populo creabantur: sed uel à magistratibus tantum deligebantur, uel à Senatu in ornandis Consulum prouinciis, quo magistratuū delectu comites dabantur, ut quod erant legati in proconsulari, & propriætorio munere, hoc essent in Quæstoria procreatione hi proquæstores: ita procreatione tñ, & munere Quæstores erant, magistratus uero & ornamenta imperii penes eos tñ, qui à populo Quæstores creati essent. Ex quibus perspicuū est, cù uarii generis proquæstores esse in prouinciis possent, eos modo magistratus uere appellados, qui à populo creati Quæstores, prouincias deinde obtinuerint. Hoc sane diuersum in his proquæstoriibus fuit atq; in Proconsulibus & Proprietoribus, quod non perinde extra ordinem Quæstoriibus decretā à populo prouinciā rep̄imus, ut Consulibus & prætoribus: hac opinor ratione, quod cum Quæstura non esset is magistratus cui summum esset imperium, quale regendi Romanorum prouinciis requirebatur: tum uero tantæ dignitatis non erat, ut imperium Quæstoriū in prouincia obtinere à populo præter Senatus decretum, magnopere contendendū esset. Vnde sit, ut nusq; reperiamus habitu comitia ad creandum Quæstorem, qui nominatim & extra ordinem in aliquam prouinciam mitteretur. Verum de omni ratione prouinciarū satis superq; p; quidem ad nostrū in stitutū pti net, dictum est. Ac de prima quidē causa habendorum comitiorū Tributorū, haec tenus. Sequitur altera causa ad sacerdotes collegiorum creandos. In qua explicanda primum animaduertendū est, Romæ multos ac diuersi generis sacerdotes fuisse. Erant n.

- F** Pontifices, Augures, Aruspices, Curiones, Vestales, Flamines, Epulones, Sibyllini sacerdote, Fœciales, Salii, Luperci, Fratres aruales, Sacerdotes Galli, Rex sacrorum, Cæreris Græca sacerdos, & Sodales Titii. Dionysius etiam celerum praefectos adiicit: sed eos sub regibus tantum fuisse opinor. Ex hoc autem omni numero his soli suffragiis populi creabantur, qui publicæ religionis administrari assidui erant, ac non fungebantur sacerdotio, quod semel tantum atque iterum toto anno usui essent. Vnde fit, ut omittendi nobis sint Salii, Luperci, Fratres aruales, Sacerdotes Galli, & sodales Titii. Neque enim eorum sacerdotium publicè semper usui esse poterat, sed semel tantum in anno sacris quibusdam peragendis uocabant: Salii ad sacra Martis peragenda mense tantum Martio adhibebantur: Luperci ad Lupercalia mense Februario peragenda: eodemq[ue] modo alii alio tempore. Quæ causa erat, ut quanquam eorum esset quoddam collegium, suffragiis tamen populi nunquam creatos credamus. Salii enim à magistratis collegii legi solebant, patricii adolescentes quorum uterque parens iuueret, nec in magistratu essent. Id qd^e ex lib. 1. Valerii Max. collige, cum ita scribit: Obruitur etiam tot illustris Consularibus L. Furius Bibaculus exempliq[ue] locum uix post Marcellum inuenit. Sed pii simul ac religiosi animi laude fraudandus non est, qui Praetor à patre suo collegii Saliorum magistro iussus sex lictoribus, præcedentibus, arma ancilia tulit, quamuis uacationem huius officii honoris beneficio habaret. Deligebantur ergo ex patriciis iuuenibus à magistris collegii Salii sacerdotes, non populi suffragiis creabantur. Quod idem de Lupercis, & huius generis aliis lodalibus dicendum esse existimo. Neque enim tanti erant hæc sacerdotia, ut magnopere contendendum esset de his assequendis. Ego uero Potitios, & Pinarios in superiori sacerdotum enumeratione omisi, quia iam inde à temporibus Appi Cæci ad seruus publicos id genus sacrificii transferat, ut testantur Val. Max. lib. 1. capit. secundo & T. Liuius lib. 9. Decad. 1. Restant igitur nobis spectandi reliqui sacerdotes. Ac primum Vestales ita siebant, ut Pontificis maximi arbitratu virgines caperentur, ut scribit Gellius lib. 1. cap. 12. quo etiam in loco de Vestalibus permulta dicuntur, quæ ad institutum nostrum minus faciunt. Id modò nobis affirmandum est, nō suffragiis populi creari, sed delectu Pontificis maximi Vestales capi solitas. Aruspices etiam populi suffragiis non creabantur, ut qui uel Hetrusci erant, & ex Hetruria accisi solebant, si quā do

do opus esset prodigiorū interpretibus, ut Cicero ostendit in ora A
tione de Aruspicum responsis: & Liuius libro quinto Decad. 1.
Prodigia interim multa nunciari: quorum pleraque, & quia singuli
auctores erant, parum credita spretaçp, & quia hostibus He-
truscis, per quos ea procurarent, Aruspices non erant. Vel Ro-
mani ciues ab Hetruscis edocti. Vnde Cicero primo de Diuin.
Hetruria autem de cælo tacta scientissime animaduertit, eadem q̄
interpretatur, quid quibulq̄ ostendatur monstros atque porten-
tis. Quocirca bene apud maiores nostros Senatus tum cum flo-
rebat imperium, decreuit ut de principum filii sex singulis He- B
truriæ populis in disciplinam traderentur. Valerius tamē Max.
lib. 1. decem principum filios mitti solitos in Hetruriam scribit.
Et Cicero libro secundo de Legibus: Prodigia, portenta ad He-
truscos & Aruspices si Senatus iussit, deferuntur Hetruriac p̄ prin-
cipes disciplinam doceto. Relinquuntur ergo ex omni numero
sacerdotum considerandi Pontifices, Augures, Epulones, Fœ-
ciales, Sibyllini sacerdotes, Curiones, Flamines, & Rex sacerdū.
Ac de Rēge quidem sacerorum supra ostendimus Centuriatis co- C
mitiis creari, non autem ea ratione qua reliqui sacerdotes ex le-
ge Domitia. Quæ lex q̄tia nominatim de collegiis mentionem
faciebat, propterea diximus eam legem ad Flamines nihil atti-
nuisse: quorū non erat suum quoddā collegium. Potro autē lex
Domitia cō pertinebat, ut tolleret collegiis ius cooptādi sacer-
dos, ut Suetonius in Nerone, & Asconius ostendunt. Vnde sequi-
tur nihil per eam legē mutatum esse in collegiis, in quibus sacer-
dotes antea non creabantur per collegarum cooptationem. Ni-
hil igitur ad Curiones ea lex pertinebat. Nam quod attinet ad D
singularum Curiarum Curiones, iam inde à Romulo singularū
Curiarum suffragio creabantur, ut ait Dionys. lib secundo, non
autem ab aliis Curionibus cooptabantur. Quod uero ad Curio-
nem maximum attinet, iis comitiis à populo creabatur, ut docet
Liuius lib. 7. Dec. 3. quem locum non postea cū de Curiatis co-
mitiis agemus, pluribus tractabimus. Non potuit igitur lex Do-
mitia pertinere ad alios q̄ ad Pontifices, Augures, Epulones, Si-
byllinos sacerdotes & Fœciales. Ac Fœciales quidem hac lege E
suffragiis populi creandos fuisse, pro certo afferere non ausim: q̄a
locū nō habeā, ubi suffragiis populi creatos nominatim Fœcia-
les scribatur. Cur tamen in hanc, potius partē inclinē, eo potissi-
mū adducor, q̄ penes collegiū Fœcialiū erat publicæ religionis
pars una non minus necessaria, quam quæ erat penes Augures
N 4 aut

- F**aut Sibyllinos sacerdotes. Vnde fit, ut pari ratione colligam ante legem Domitiam cooptari per collegas solitos Fœciales, si- cut illi cooptabantur: præsertim cum nusquam reperieramus uel à Pontificibus eos creatos sicut Flamines, uel à magistratibus, post primā, inquā, creationē à Numa. Quod si ante legem Do- mitiam cooptari à collegio concedamus, necesse est, ut hac lege suffragiis populi creari cœperint. Fœciales uero habere partem religionis publicæ à reliquis sacerdotibus separatam, ex legibus Ciceronis intelligi potest, apud quem seorsum de fœcialibus li- bro secundo hanc lex ponitur: Fœderum pacis, belli, induciāū, oratorum, fœciales iudices sunt. Bella disceptanto. Fuisse autem eorum collegium T. Liuius lib. 6. Dec. 4. indicat his uerbis: Con- sul inde M. Acilius ex S. C. ad collegium fœcialium retulit, ipsi ne utiq̄ regi Antiocho indiceretur bellum. Epulones uario nu- mero fuisse reperio. Quādo enim primum instituti sunt Coss. L. Furio Purpurione, & M. Claudio Marcello, anno Vrbis 558. tres creati sunt, ut testatur Liuius lib. 3. Dec. 4. Romæ eo primū anno Triumuiris epulones sancti C. Licinius Lucullus, T. Romu- leius qui legem de creandis his tulerat, & P. Porcius Lecca. His Triumuiris item, ut Pontifici lege datum togæ prætextæ habē- dæ ius. De his Triumuiris Cicero 3. de orat. ita scribit: Sed ut Pō- tifices ueteres propter sacrificiorum multitudinem tres uiros e- pulones esse uoluerunt, cum essent ipsi à Numa, ut etiam illud ludorum epulare sacrificium facerent, instituti. At posterioribus temporibus Septemuiri epulones fuisse, ex uerbis Antistii La- beonis constat, quæ sunt apud Gelliu lib. 1. c. 12. Item cuius pater Flamen aut Augur aut Quindecimuir sacris faciundis, aut qui Septemuir epulonum aut Salius est. Ut autem Ciceronis ætate eum numerum fuisse credam, ex eo colligo, quod Lucanus lib. 1. huius sacerdotii facit mentionem illo uersu: Septemuiri epu- lis festus, Titicq̄ sodales. Ut enim rationem temporis habeat Lu- canus, necesse est initio belli ciuilis, cuius prodigia illic scribun- tur, fuisse Septemuiri epulones. At si tempore belli ciuilis inter Cæsarem, & Pompeium erant Septemuiri epulones, nemo autē legatur ad sacerdotum numerum centum, & eo amplius annorū spacio adieciisse præter Syllam Dictatorem, relinquitur ut Syllę instituto Septemuiri epulones esse cœperint, qui ad illud usque tempus fuerant Triumuiri. Nam non ita multo tempore ante Syllę Dictaturę adhuc Triumuiros epulones fuisse, ex eo Cice- ronis loco quē ex tertio de Orat. citauit, intelligi potest. Lucius enim

enim Crassus illic loquitur de Triumuiris epulonibus, quæ constat nō multo ante Syllæ Dictaturā mortē obiisse. Et T. Liuius lib. i o. Dec. 4. Triumuirorū epulonum facit mentionem in Consulatu A. Posthumii & C. Calphurnij, anno urbis 574. At post illos Consules nusquam legimus auctum numerum sacerdotū, nisi à Dictatore Sylla. Nec moueri debemus q̄ in epitome L. Flori libro 89. sit tantum mentio Pontificum, & Augurum, quo rum collegium dicit ampliatum. Nam & Quindecimviro Sibyllinos ex Decemuiris à Sylla factos postea ostendemus, quorum tamen illic nulla sit mentio. Idem uero de Triumuiris epulonibus Syllam fecisse, h̄c sunt probabiles coniecturæ quas posuimus: quòd scilicet ætate Ciceronis essent Septemuiri epulones, qui paulò ante Syllæ Dictaturam adhuc erant Triumuiri. Porro autem de eorum munere Cicero in oratione de Arusp. Resp. ita loquitur: Ludos minus diligenter factos pollutosq; , quos ludos? Te appellato Lentule: tui sacerdotii sunt thensæ, curricula, præcentio, ludi, libationes, epulæq; ludorum publicorū: Vosq; Pontifices, ad quos epulones Louis optimi max. si quid est prætermissum aut commissum, adferunt: quorum de sententia illa eadem renouata atque instaurata celebrantur. Qui ludi sunt ministris diligenter facti? quanto aut quo scelere pollutis? respondebis & pro te, & pro collegis tuis, & pro collegio P̄tificum, nihil cuiusquam aut negligentia contemptum, aut scelere esse pollutum. Ex his Ciceronis uerbis, non modò quod essent munus epulonum intelligi potest, sed etiam fuisse eorum quoddam collegium. Quòd si ante legem Domitiam ostendamus huius collegii sacerdotes per cooptationem collegarū creari solitos, necesse erit huiusmodi sacerdotes in eorum numero fuisse, quos populi suffragiis creari per legem Domitiam oporteret. Illud autem ex T. Liui non erit difficile demonstrare: apud quē lib. i o. Decad. 4. ita scribitur: P. Manlius, qui nuper ex ulteriore Hispania redierat, Triumuir epulo mortuus: Q. Fulius, M. F. in locū eius Triumuir cooptatus. De Pontificibus, auguribus, & Sibyllinis sacerdotibus supereft ut dicamus. Sibyllinos sacerdotes à principe duos fuisse reperio, qui Duumuiri sacerorum appellabantur. Horum s̄pē meminit Liuius. Ut lib. 3. Decad. 1. Libri per Duū viros sacerdotū additi. Et libro 4. Obscuratio itaque à populo Duū viris præeuntibus est facta. Et paulò pōst: Multa Duumuiri ex libri placandæ deum iræ, auertendæq; à populo pestis causa fecerunt. Et libri 5. Libri Sibyllini ex S. C. aditi sunt, Duumuiri sacris

Facris faciēndis lectisternio tunc primum in urbe factō. Hi postea lege lata à Tr. pl. C. Līcinio Stolone, & L. Sextio facti sunt Decemuiiri: simulq; lege cautum, ut pars ex plebe, pars ex patribus fieret. Eam legem pertulerunt illi Tribuni pl. in decimo suo Tribunatu, anno Vrbis 388. post quod tempus usque ad Syllæ Dictaturam fuerunt Decemuiiri sacerorum: de quibus toties mētio est apud Liuium. Post Syllæ Dictaturam Quindecimuiiri Sibyllini facti sunt. Id quod hac ratione suaderi potest. Ciceronis ætate erant Quindecimuiiri Sibyllini, qui adhuc erant Decemuiiri eo anno quo Tib. Gracchus intersectus est. Atqui post eum annum in sacerdotum collegiis nusquam legitur quicquam esse mutatum, nisi in Dictatura Sillæ. Relinquitur ergo ut ea Quindecimuiirorum institutio à Silla facta esse credatur: præsttim cum aliis sacerdotum collegijs legatur adiecissem aliquot sacerdotes. Fuisse uero Ciceronis ætate Quindecimuiros cum ex quarta Cælii ad Ciceronem epistola intelligi potest, in qua ad Ciceronem scribit Cælius P. Dolabellam populi suffragijs factū

GQuindecimuirum: tu uero ex loco Suetonii in vita Cæsaris, ubi ita scribitur: Proximo autem Senatu percrebuit fama, L. Cottam Quindecimuirum sententiam dicturum, ut quoniam libris fatalibus contineretur, Parthos nisi à rege non posse uinci, Cæsar rex appellaretur. Ex hoc Suetonii loco apertissimum est, iā ea ætate Quindecimuiros Sibyllinos fuisse, qua Cæsar Dictator erat. Neque id eius instituto attribui potest: siquidem nemo omnium historiarum in horum sacerdotum numero aliquid nouasse Cæsarem scribit, nisi quod Dion lib. 42. & 43. dicit unum modò sacerdotem à Cæsare adiectum collegio Quindecimuirorū: unde apparet iam fuisse collegium Quindecimuirorū ante Cæsarem Dictatorem, ut omittam locum illum ex epistola Cælii de aliis Quindecimuiiris intelligi non posse. Vnde sequitur, instituto Cæsaris id attribui nō posse. Quod autem adhuc essent Decemuiiri sacerorū, quo anno occisus es Tib. Gracchus, ex uerbis Ciceronis intelligi potest lib. 6. in Verr. Itaq; apud patres nostros atroci ac diffīlici tempore cum Tib. Graccho occiso magnorum periculorum metus ex ostentis portenderetur P. Muttio L. Calphurnio Coss. aditum est ad libros Sibyllinos, in quibus inuentum est Cererem antiquissimam placari oportere. Tū ex amplissimo collegio Decemuirali sacerdotes populi Rō. Ennam profecti sunt. Porrò autem ex eo epistolæ Cælii loco quē citauit, colligi potest populi suffragijs sacerdotes huius collegiū

Hcreari

Iunde apparent iam fuisse collegium Quindecimuirorū ante Cæsarem Dictatorem, ut omittam locum illum ex epistola Cælii de aliis Quindecimuiiris intelligi non posse. Vnde sequitur, instituto Cæsaris id attribui nō posse. Quod autem adhuc essent Decemuiiri sacerorū, quo anno occisus es Tib. Gracchus, ex uerbis Ciceronis intelligi potest lib. 6. in Verr. Itaq; apud patres nostros atroci ac diffīlici tempore cum Tib. Graccho occiso magnorum periculorum metus ex ostentis portenderetur P. Muttio L. Calphurnio Coss. aditum est ad libros Sibyllinos, in quibus inuentum est Cererem antiquissimam placari oportere. Tū ex amplissimo collegio Decemuirali sacerdotes populi Rō. Ennam profecti sunt. Porrò autem ex eo epistolæ Cælii loco quē citauit, colligi potest populi suffragijs sacerdotes huius collegiū

creari

creari solitos: idque per legem Domitiam. Nam quod à collegis
 ante legem cooptarentur, passim in historia T. Liuii perspici po-
 test: ubi de suffectis in demortuorum locum sacerdotibus loqui
 tur. De auguribus & pontificibus minus dubium est, quod lege
 Domitia comprehendenderentur. Nam si ea fuit causa cur legē Cn.
 Domitius Tr. pl. ferret, quod in locum patris sui pontifex coo-
 ptatus non esset, ut ex historia compertum est, necessario relin-
 quitur, ad collegium Pontificum eam legem pertinuisse. Augu-
 res uero hac lege comprehendendi cū ex epist. Ciceronis ad M.
 Brutū s. intelligi potest, ubi ita scribitur: C. Marius cum in Cap-
 padocia esset, lege Domitia factus est augur. tū uero ex eo, quod
 nitio secundæ Phil. p. tribuum suffragia in augurum creatione
 appellat. Deinde uero in epist. ad Brutum s. cum sacerdotum co-
 mitia appellantur creandis collegiorum sacerdotibus, manifestū
 est ex eadem epistola & sequentibus in eo numero augures &
 pontifices contineri. Vnde sequitur suffragiis populi creari soli-
 tos hos sacerdotes. Illud mihi magis dubium uidetur, quae esset
 ratio augurum creandorum ante legem Domitiam. An, inquit,
 collegii cooptatione semper creati sint, an uero aliquando etiam
 populi suffragiis. Huius uero dubitationis occasio sumpta est ex
 eo, quod apud Liuum scribitur lib. 9. Dec. 4. his uerbis: Extre-
 mo prioris anni comitia auguris creandi habita erant. In demor-
 tui Cn. Cornelii Lentuli locum creatus erat S. Posthumius Albi-
 nus. Sane nisi dicamus certa quadam de causa, ueluti per conten-
 tionem competitorum, aut collegarum inter se dissensionē, per
 quam effectum tandem sit, ut populi iudicio res committere-
 tur, præter morem habita ea comitia, plane concedendum erit
 ante legem Domitiam augures à populo creatos. Quod tamen
 fecus esse ostendi potest, ex eo quod Cicero in Rullum ait per
 religionem sacerdotia, de quibus legem tulit Domitius, à popu-
 lo mandari non potuisse. Vt omittam quod idem Liuius passim
 aliis in locis, uel à collegio cooptatos augures scribit, uel lectos,
 uel inauguratos, uel suffectos dicit nusquam facta mentione co-
 mitiorum. Vt lib. 10. Dec. 4. Et augur Sp. Posthumius Albinus
 decessit. In locum eius P. Scipionem filium Africani augures
 cooptarunt. Et in fine libri 5. Decad. 5. Augureo anno mortuus
 est C. Claudius. In eius locum augures legerunt T. Quintiū Fla-
 minium. Illa ergo comitia auguris creandi, quae uno illo loco à
 Liuiu ponuntur, extra ordinem & præter morem habita suisse
 concedendum est. Hęc igitur erat altera causa habendorum co-
 mitiorum

B

C

D

E

Fmitiorum Tributorum ad creādos Pontifices, Augures, Sibyllinos sacerdotes, epulones & foeciales. Nam quod Tributis comitii crearentur, facile est ex lege Domitia demonstrare: quia cautum erat, ut nō ab uniuerso populo, sed à parte populi minore, hoc est, à septendecim tribubus sacerdotes crearentur. Ea uero comitia quibus Tributum suffragium ferrebatur, Tributa fuisse negari non potest. Quod autem supra dixi de collegio Pontificum, ante legem Domitiam cooptatione collegii creari solitos, cūm ex uerbis Dionysii libro secundo, ubi ita scribit de Pontifice

Gcibus: Vno autem eorum uita functo, alius in locum eius sufficitur, non à populo creatus, sed ab ipsis Pontificibus cooptatus: tum uero ex ipsa lege Domitia intelligi potest. Attamē illud nō aliter accipiendum est, quām ut Pontifex max. inde excludatur. Neque enim cooptatione collegii etiam ante legē Domitiā Pontifex max. fiebat, sed populi suffragiis. Id quod Cicero in Rullū aperte demonstrat, cum ait Cn. Domitium sua lege effecisse, ut quod antē in Pontifice max. fiebat, idem in ceteris sacerdotiis fieret. Verba eius hæc sunt: Item (inquit capite altero) eodemq;

Hmodo, ut comitiis Pontificis max. Ne hoc quidem uidit, maiores nostros tam fuisse populares, ut quod per populum creati fas non erat propter religionem sacerorum, in eo tamen propter amplitudinem sacerdotii voluerint populo supplicari. Atq; hoc idem de ceteris sacerdotiis Cn. Domitius Tr. ple. vir clarissimus tulit: quod populus per religionē sacerdotia mandare non poterat, ut minor pars populi uocaretur: ab ea partes qui esset factus, is, à collegio cooptaretur. Ex iis Ciceronis uerbis perspicuū est illud quod diximus, ante legem Domitiam Pontificem max. populi suffragiis creari, cūm interīm Pontifices reliqui præter maximum à collegio tantum cooptarentur. Vnde apud Luium lib. 5. Dec. 4. ita scribitur: Comitia inde Pontifici max. creando sunt habita cum paulò antē ita scripsisset: Et aliquot publici sacerdotes mortui eo anno sunt L. Cornelius Lentulus pont. max. & C. Papyrius, & C. F. Masso pontifex. In Lentuli locum M. Cornelius Cethegus, in Papyrii Cn. Seruilius Cæpio pontifices sufficiunt. Et lib. 10. Dec. 4. Exitu anni, & C. Sertilius Geminus pont. max. decepsit. Idem Decemviri sacerorum fuit, Pontifex in locum eius à collegio cooptatus Q. Fulvius Flaccus. In Pontificem max. Aemilius Lepidus, cum multi clari viri petiissent. Et lib. nono eiusdem Dec. Huius principio anni P. Licinius Crassus pof-

Ititifex max. mortuus est: in cuius locum M. Sempronius Tuditanus

nus pontifex est cooptatus. Pontifex max. est creatus C. Serui-
 lius Geminus. Ex quibus Liuii locis apparet non modo pon-
 tifices à collegio cooptari solitos, sed etiam mortuo pontifice
 max. à collegio alium quendam cooptari solitum, qui pontifex
 tantum fieret; non etiam maximus pontifex: tum deinde suff-
 fragiis populi pontifex max. creabatur. Quod uero ex collegio
 pontificum euni esse oporteret, qui pontifex m^cx. crearetur, po-
 stea demonstrabimus cum de personis agemus. Hoc loco satis
 erit probare id quod supra diximus, non modo tribuum suffra-
 gio creari solitos sacerdotes, sed etiam per septendecim tribus tā
 tum. Verba Suetonii in Cæsare, cum loquitur de eius pontifica-
 tu maximo, satis ostendunt comitia quibus pont. max. creatus
 est, fuisse Tributa: Atque ita potentissimos duos competitores,
 & extate & dignitate antecedentes superauit, ut plura ipse in eorum
 tribubus suffragia, quam uterque in omnibus tulerit. Porro au-
 tem ex iis quæ paulò ante diximus, perspicuum est eo modo quo
 pontifex max. ante creabatur, lege Domitia cautum esse, ut cœte-
 ri sacerdotes crearentur: Pontifex uero max. à minore parte po-
 puli, ut idem ille locus ostendit, creabuntur. Si igitur ostenderi-
 mus per minorem parte populi, decem & septem tribus intelli-
 gi, necessario relinquetur sacerdotum comitia Tributa non o-
 mnium tribuum fuisse sicut magistratum, sed tantum septen-
 decim tribuum, quibus sorte id obtigisset. Atque illum facile
 erit demonstrare, si antecedentia Ciceronis uerba cum sequenti
 bus conseruantur. Primo enim capite Rullus serebat, ut ait Cice-
 ro, ut Decemviri agrarii per tribus septendecim crearentur, qui-
 bus sorte id euenisset: subiiciebatq; in secundo capite legis, id se-
 ita fieri uelle, ut in iis Decemviris idē eodēq; modo fieret, ut co-
 mitiis pontificis max. Ex quo sequitur in comitiis pontificis
 max. septendecim tribus sorte delectas suffragium dixisse. Illud
 sane hoc loco non est ignorandum, abrogatam à Sylla Dictato
 re legem Domitiam fuisse, nec fuisse relatam nisi eo anno quo
 rat Consul, Cicero, à T. Labieno Tr. pl. auctore Dione lib. 37.
 Vnde efficitur post Syllæ Dictaturam non fuisse locum legi
 Domitiae in creandis sacerdotibus collegiorum, octodecim fe-
 re annorum spacio: sed ex ueteri more cooptatione creatos fuis-
 se. Post Labieni autē legem rursus lege Domitia creati sunt. Ha-
 cenus de altera causa habendorum comitiorum Tributorum.
 Deinceps sequitur, ut tertiam persequamur. Ac legum qui-
 dem ferendarum causa haberi comitia Tributa nomen ipsum
 ple-

C

D

E

- F** plebiscitorum satis ostendere potest, ut alia probatione ad eam rem non sit opus. Si enim plebiscitum est (ut ait Iustinianus) quod plebs plebeio magistratu rogante constituebat: facile est intelligere Tributis comitiis non Centuriatis, ut quæ à plebeis magistratibus uocari nō poterant, plebiscita fieri solita. Illud potius dicendum est, nomine legum non modò à nobis comprehendendi generalia iussa perpetuasq; uelut cōstitutiones populi: sed omnes omnino rogationes, quibus iubendis comitia Tributa uocari solebant: excepta iudiciorum causa, de qua seorsum paulò pōst agemus. Hoc igitur uerbo legis comprehendimus rogationes, quibus de pace ad populum cerebatur. Bellum enim lege Cēturiata indici solebat, ut superiore libro diximus: paci autem in eundæ Tributa comitia uocari solebant. Id quod ex Luit histo ria intelligi potest: apud quem lib. 10 Dec. 3. ita scribitur: Incliuat omnia ad pacem animis, Cn. Lentulus Consul, cui classis prouincia erat, Senatusconsulto intercessit. Tum M. Attilius & Q. Minutius Tr. pl. ad populum tulerunt, uellent iuberentne Se natum decernere, ut cum Carthaginēsibas pax fieret, & quem eā pacem dare, quemq; ex Africa exercitum deportare iuberet. De pace uti rogassent, oēs tribus iusserunt. Et lib. 3. Dec. 4. Q. Mar tius rex & Catinius Labeo Tr. pl. ad plebem tulerunt, uellent iuberentne cum rege Philippo pacem esse. Ea rogatio in Capitulo ad plebem lata est. Omnes V & XXX tribus uti rogatae iusserunt. Hic etiam eas rogationes comprehendendi uolumus, quibus superioribus temporibus, legibus aliquis soluebatur, quacūque id ratione fieret. Dixi autem superioribus temporibus, quia ætate Ciceronis Senatus eam sibi auctoritatem usurpauerat: **I** quemadmodum constat ex uerbis Alconii in argumēto orationis pro C. Cornelio: C. Cornelius legem promulgauit, qua auctoritatem Senatus minuebat, ne quis nisi per populum legibus solueretur: quod antiquo quoque iure erat cautum. Itaque in omnibus Senatusconsultis, quibus aliquem legibus solui placebat, adhīci erat solitum, ut de ea re ad populum ferretur. Sed paulatim ferri erat desitum: resq; iam in eam consuetudinem uenerat, ut postremo ne aduceretur quidem in S. C. de rogatione ad populum ferenda. Huc denique referimus omnes rogationes, quibus per populum triumphum decretum, publicas quæstiones constitutas, ciuitatem datam sāpe in historia Luii legimus. Supereft ut quartam causam perfquamur. In qua explicanda repetendum est quod supra diximus, iudicia capitis, quæ fiebant per popu-

populum, Centuriatis comitiis fieri debuisse. At si magistratus aliquis ficeret aliquem reum ad populum, nec capit is eum accer seret, sed mulctam indiceret, tum uero Tributis comitiis id iudicium fieri solebat. Hoc ergo summatim dicere possumus, iudicia populi, quæ de mulcta erant, à magistratu aut Pontifice indicta, Tributis comitiis perfici solita. Cuius rei probationes inuenire in historia Liuui facile est. Lib. 4. Dec. 1. scribit, M. Posthumio & T. Quintio ab Tr. pl. diem dictam, quod ad V eos eorū opera male pugnatum esset. Deinde paulò post hæc uerba subiicit.

Mœstæ ciuitati ab re male gesta, & iratæ ducibus M. Posthumius reus obiectus decem millibus æris gravis damnatur. T. Quintium collegam eius omnes tribus absoluunt. Et lib. 5. De cad. 3. statim initio proponit iudicium M. Posthumii publicani, his uerbis: Excitati tandem duo Tr. pl. Sp. & L. Caruili ducen-
tum millium æris mulctam M. Posthumio dixerunt. Cuius cer-
tandæ cum dies aduenisset, conciliumq; tam frequens plebis ad-
esset, ut multitudinem area Capitolii uix caperet. Et paulò post:
Hæc cum ab optimo quoque pro atrocitate rei acta essent, uimq;
eam cōtra Rempublicam perniciose exemplo factam Senatus
decerneret, confessim Caruili Tr. pl. omissa mulctæ certatione,
rei capitalis diem Posthumio dixerunt. Et lib. 7. Dec. 4. scribit
M. Acilium Glabronem à Tr. ple. reum factum ad populum.

Vbi hæc sunt eius uerba: Cētum millium mulcta irrogata erat.
Bis de ea re certatū est. Tertio cum de petitione destitisset reus,
nec populus de mulcta suffragium ferre uoluit, & Tribuni eo
negocio desisterunt. Et lib. 3. Dec. 5. C. Lucretium ubi dies quæ
dicta erat uenit, Tribuni ad populum accusarunt, mulctamq;
decies centum millium æris dixerunt. Comitiis habitis omnes
V & XXX tribus eum condemnarunt. Alius est locus initio
lib. 6. Dec. 3. ubi de iudicio Cn. Fuluii, cui dies dicta erat à C. Sē
pronio Blæso, ita scribitur: Bis est accusatus, pecuniaq; anquisi-
tum. Tertio testibus datis, cum præterquæ quod omnibus pro-
bris onerabatur, iurati permulti diceret fugæ pauorisq; initium
à Prætore ortum, ab eo desertos milites cum haud uanum timo-
rem ducis crederent, terga dedisse, tanta ira accensa est, ut capite
anquirendum concio suclamaret. Deq; eo nouum certamen or-
tum. Nam cum Tribunus bis pecunia anquisisset, tertio capit is
se anquirere diceret, Tribuni pl. appellati. Cum collegæ nega-
rent se in mora esse, quo minus quod ei more maiorum permis-
sum esset, seu legibus seu moribus mallet, anquieret, quoad uel
capitis

F capitis uel pecuniae iudicasset priuato: tum Sempronius perduel lionis se iudicare C. Fulvio dixit, diemque comitiis a C. Calphurnio Prætore urbis petit. Priusquam dies comitiorum aderat Cn. Falcius exulatum Tarquinios abiit. Id ei iustum exilium esse sciuit plebs. Et lib. 10. Dec. 4. De rege sacrifico sufficiendo contentio inter C. Seruilius pont. max. fuit & L. Cornelius Dolabellam Duumuirum naualem: quem ut inauguraret Pontifex, magistratu sele abdicare uolebat: recusantiq; id facere, ob eam rem mulcta Duumiro dicta a pontifice: deq; ea re cum prouocasset, certatum ad populum. Cum plures iam tribus introuatae dicto esse audientem pontifici Duumuirum inuerent. Ex iis T. Liui locis apparet Tributis comitiis iudicia populi fieri solita, si non capitatis, sed tantum pecuniae anquireretur, cum a magistratu aut Pontifice multa dicta esset. Neque uero haec iudicandi ratio illis temporibus tantum obseruata est, sed etiam temporez Ciceronis, & paulò ante, postquam perpetuae quæstiones institutæ sunt. Semper enim Romæ id obseruatum est, ut esset iudicum ordo quidam, penes quem essent iudicia. Id quod uel

H ex lege C. Gracchi intelligi potest, qua lege dicitur iudicia, quæ adhuc fuerant Senatorum, cum equitibus communicasse. Hinc enim planum est, ante tempora Gracchi non omnia iudicia publica populi fuisse, sed penes Senatorium ordinem fuisse iudicandi potestatem. Quod non ita accipi debet, quasi in Curia per Senatum de reis iudicium fieret: sed quoties quæstione publica decreta de reis indicandum erat, non alii erant qui iudices sedebat quam qui erant Senatorii ordinis. Lege autem Sempronia effetum est, ut cum Senatoribus iudicarent Equites. Quid seruatum est, usque ad tempora Syllæ Dictatoris, a quo reuocata sunt ad solos Senatores iudicia. Post lege Aurelia decimo anno post legem Corneliam lata Coss. Pompeio & Crasso, ad tres ordines Senatorum, Equitum, & Tribunorum aerarii iudicia peruerterunt. Idque ita fuit usque ad Cæsariorum Dictaturam, a quo iudicia redacta sunt ad duo genera iudicium Equestris ordinis ac Senatorii. Quod si semper iudicium fuit ordo quidam, necesse est non omnia publica iudicia populi fuisse: sed ordinariis iudicium decuriis, multo maxima pars iudiciorum relinquebatur. Consequens

K igitur est, ut ea modo iudicia populi fuisse dicamus, quæ fiebant de reis, quibus dies dicta erat ad populum. At enim uocandi ad populum soli magistratus ius habebant. Ea ergo sola erant populi iudicia, quæ ex magistratum accusatione ad populum nesciebantur.

A

scabantur. Ac post publicas quidem quæstionēs perpetuas factas, minus frequentari coeperunt ea populi iudicia, præsertimque post Syllæ tempora, à quo numerus Prætorum, & quæstionum publicarum auctus est. Tum enim evenerat, ut sere omnia criminæ publica animaduersione digna, in aliquam ex quæstionibus ordinariis incurrerent. Quin tamen sœpe his ipsis temporibus ea iudicia fierent, negati non potest: præsertim si quid accideret, quod extra ordinem videretur magistris primo quoque tempore puniendum. Exemplum esse potest Marci Scauri iudicium, quo à Cn. Domitio Tribuno pleb. ad populum accusatus est, quod eius opera sacra multa populi Romani diminuta essent. Item Marci Syllani, cui à Cn. etiam Domitio Tribuno pleb. dies dicta est ad populum, quod cum Cimbris iniussu populi bellum gessisset. Atque illa quidem iudicia per tribus fuisse peracta, Alconius appellatis tribubus, à quibus damnati sunt, & à quibus absoluti, aperte demonstrat. Exemplo etiam esse potest iudicium Junii, de quo mentio est in oratione pro Cluentio: ubi Cicero ostendit à L. Quintio Trib. pl. reum ad populum factum Iunium, mulctamque petitam, quod pecuniam ob rem iudicandam accepisset, cum quæsitor in iudicio Oppianici fuisse. Huc quoque pertinere potest, quod scribit Suetonius L. Antistitium Trib. pleb. Cesari diem dixisse ob res ab eo in Consulatu gestas. Ex quibus apparet non modò superioribus temporibus haberi solita comitia Tributa ad iudicandum de reis, sed etiam postremis adeoque ætate Ciceronis. Quia uero suprà ostendimus de capite populum per leges duodecim tabularum nisi comitis Centuriatis iudicare non posuisse, necessario sequitur populi iudicia, quæ Tributis comitis fierent, ea modò fuisse, quibus de mulcta ab eo indicta, cui præsua potestate id liceret, certabatur. Illud tamen non est ignorandum, si capitis die dicta in exilium abiisset reus antequam dies aduenisset, tum ad decernendum ei id exilium, satis fuisse comitia Tributa vocare, nec fuisse ad eam rem opus Centuriatis comitiis. Id quod ex his uerbis T. Liuii, quæ paulo ante citauit ex libro 6. Dec. 3. planum est: Id ei iustum exilium esse sciuit plebs. Quod enim Liuius dicit plebem id sciuisse, argumento est plebiscito id factum, non lege Centuriata. Et libro 5. Decad. 3. scribit: Posthumius vadibus datis non assuit. Tribuni vocauerunt plebem, quæ ita sciuit: Si M. Posthumius ante Calend. Maies non prodieret, citatusque eo die non respondisset, neque

O excusatus

B

C

D

E

F excusatus esset, uideri eum in exilio esse, bonaçp eius uenire, ipsi aqua & igni placere interdici. Atqui ex iis, quæ paulò antè dixerat, apertum est diem ei Perduellionis dictam fuisse. Ad exilium ergo alicui decernendum, satis erat plebiscito ut: ex quo sequitur Tributis comitiis, non Centuriatis id fieri solere: etiam si capitatis iudicium non posset (si reus adesset) nisi Centuriatis comitiis peragi. Ac de causis quidem comitiorum Tributorum; hactenus dictum sit.

G De personis, quarum interuentu peragebantur comitia Tributa.

Cap. III.

In hoc capite eadem personæ spectandæ sunt, quas in comitiis Centuriatis spectauimus. Ac primum de iis, quibus ius erat habendi comitia Tributa, dicendum. Ordinarios magistratus minores partim Tribuni plebis partim Consules creabant. Plebeios enim magistratus, ad quos patricii non admittebantur Tribuni pleb. creabant. Huius generis erant Tribuni plebis, & Aediles plebis. Nam quod Tribunitia comitia haberent Tribuni pl. ex uerbis T. Liuii lib. 3. Dec. 1. intelligi potest. Forte quadam utili ad tempus, ut comitiis præcesset, potissimum M. Duillio sorte evenit, uero prudenti & ex continuatione magistratus inuidiā imminentem cernenti. Qui cum ex ueteribus Tribunis negaret se ullius rationem habiturum, pugnarentçp collegæ, ut liberas tribus in suffragium mitteret, aut concederet sortem comitiorū collegis habituri è lege potius comitia quam ex uoluntate patrum. Alio loco eiusdem libri ita scribit: Comitiorum habedorū munus Appio, cōsensu iniungunt. Ars ea erat ne semet ipse creare posset: quod præter Tribunos plebis, & id ipsum pessimo exemplo nemo unquam fecisset. Ex quo item, loco apparet Tribunorum comitia Tribunos habuisse: alioqui se ipsi creare non potuissent. Neque dici potest id primis temporibus tantum ita fuisse. Nam & Tib. Gracchi Tribuni pl. temporibus idem factiari solitum ostendit Appianus, cum scribit collegam Gracchii Rubrīum comitiis præfuisse, quibus iterum Tribunus pleb. designari uolebat. Quod uero Aedilium plebis comitia haberent Tribuni pleb. ex Dionysio intelligi potest: cuius haec uerba sūt ex lib. 6. Hæc postquam assecuti sunt Tribuni pl. rogarunt insuper Senatum ut sibi permittaret ex plebeis hominibus duos singulis annis creare, qui Tribunorum pl. ministri essent, quibus in rebus

rebus opus esset: & qui de iis rebus iudicarent, quas ipsi eorum
 iudicio committere uellent: qui denique sacrorum publicorumq;
 locorum, & forensis annonæ curam gererent. Eo quoque à Se-
 natu eis concessò, duos crearunt, quos Tribunorum ministros,
 & collegas, & iudices vocabant. Nunc sane lingua Romana ab
 uno quo funguutur officio Aediles, quasi sacrarum Aedium cu-
 ratores appellantur: retinentq; adhuc eam ipsam aliorum mini-
 stram potestatem. Verum ipsis multa & magna concessa sunt:
 similesq; propemodum sunt his, quos Græci vocat *αὐτοπαρόμυθος*.
A Ex iis Dionysii uerbis apparet Tribunis plebis ius fuisse crea-
 di Aediles pl. quasi suos quosdam administratos. Iam uero hi ma-
 gistratus proprii erant plebis: unde facile est intelligere horum
 creationem ad magistratus tam plebeios attinuisse. Semel tan-
 tum à Pontifice maximo creatos reperimus Tribunos plebis:
 quia tum nulli essent Tribuni, post Decemvitorum imperium,
 in quo instituendo cesserant omnes alii magistratus: nec possent
 ipsi ab Interrege patricios magistratu creari. Quod uero scribit
B Liuius lib. 6. Decad. 1. eo quinquennio, quo in urbe fuit magi-
 stratum solitudo, Tribunos pleb. nihilominus Aedilesq; fuisse,
 argumento est nihil reliquos magistratus potuisse in creatione
 istorum. Verba Liuii hæc sunt. Haud irritæ cecidere minæ. Co-
 mitia præter Aedilium Tribunorumq; pl. nulla sunt habita. Li-
 ciinius Sextiusq; Tribuni pleb. refecti, nullos Curules magistra-
 tus creari passi sunt. Eaq; solitudo magistratum, & plebe reficiē
 te duos Tribunos, & his comitia Tribunorum militum tollenti
 bus per quinquennium urbem tenuit. Reliquos ordinarios ma-
 gistratus minores Consules creabant aut Dictatores, si quando
 comitiorum habendorum causa creabantur, aut Tribuni militū
C Consulari potestate. De Quæstoribus sane minime id dubium
 esse potest. Liuius lib. 4. Decad. 1. de A. Sempromio Tribuno mi-
 litum Consulari potestate ita scribit: Hoc Tribuno comitia
 Quæstorum habente. Cicero in Vatinium: Quæsturam petisti
 cum P. Sestio. Quæro abs te, teneasne memoria, cum P. Sestius
 Quæstor sit cunctis suffragiis factus, tunc te uix in uitis omni-
 bus non populi beneficio, sed Consulis extremum adhaesisse. Ex
 eo loco perspicuum est Quæstorum comitia Consulem habui-
 se. Quod etiam Cicero in epistola ad Gurium septimo libro
 epist. ostendit, ubi de Cæsare Dictatore sic loquitur: In campo
 certe non fuisse, cum hora secunda comitiis Quæstoriis institu-
 tis sella Q. Maximi, quem illi Consulem esse dicebant, posita es.
D
E

- F**set: quo mortuo nunciato sella sublata est. Ille autem qui comitiis Tributis esset auspicatus, Centuriata habuit. De Aedilibus Curulibus potest ambigi, ex eo quod A. Gellius lib. 6. ca. 9. citat ex Pisonis tertio annali. Piso enim scriptum reliquit comitia ab Aedile habita, quibus creatus est Aedilis Cn. Flavius. Ex quo sequi uidetur non esse uerum quod diximus, à Consulibus creari reliquos minores magistratus. Præter Aediles Tribunosq; plebis. Sane si uerum scribit Piso, nec locus mendoſus sit, concedendum erit primis illis temporibus ius fuisse Aedilibus
- G**Curulibus Aediles creandi. Liuius certe Pisonem falso dicere coarguit: unde fit, ut minus certum inde arguento duci possit. Ac nescio an non ubi legitur, At Aedilis qui comitia habebat: melius ueriusq; legeretur, At ille qui comitia habebat. Ut Consul non Aedilis, quæadmodū legitur intelligat. Primos profecto Aediles à Dictatore creatos scribit Liuius ad finem lib. 6. & sequentibus temporibus Consulis habuisse comitia Aedilium Curulum. ex historia constare potest. Cicero quoque pro Plancio Graffum Consulem Aedilium comitia hahuisse scribit. Et libro 4. ad Atticum in epistola cuius initium est, Auere te certo scio, scribit Q. Metellum Nepotem Consulem comitia habere, quibus Aedilis crearetur P. Clodius. Ego igitur sic sentio, non tantum imperii, fuisse Aedilibus Curulibus, ut agendi cum populo ius haberent, adeoq; uocandi comitia: tametsi habendæ concessionis ius haberent, ut Cicero ostendit 3. in Verr. cum ait, p suo iure se, quia Aedilis designatus esset, ex rostris ad populum sequenti anno uerba facturum ad accusandum Perduellionis Verrem. Illud uero ex eo colligo, quod nusquam in historia legimus ullam rogationem ab Aedilibus latam: quodq; in Senatusconsultis nunquam Aediles appellatur inter eos magistratus, quos agere cum populo Senatus iubeat, sed Consules tantum, Prætores, & Tribuni pleb. Ut in Senatusconsulto quo Dictator rem à populo iuberi Senatus decreuit libro 7. Decad. 3. & in Senatusconsulto, quod est in octava epist. Cæli ad Ciceronem. Unde etiam commune argumentum erui potest, ex minorib; magistratibus solos fuisse Trib. pl. quibus ius esset agendi cum populo. Liuius enim ita scribit Senatum decreuisse, ut Consul ad populum ferret, quem uellet Dictatorem dici: si Consul noluisset, Prætor urbanus populum rogaret: si ne is quidem uellet, tum Tribuni ad plebem ferrent. Quod si aliis quoque magistratibus, ut Questoribus aut Aedilibus ius fuisset rogandi populi, hoc pro-

A

profecto Senatus cōsulto, ut plenum perfectum q̄ esset, comprehensi essent. Quando igitur apud Līvium toties reperiuntur Aediles Curules, & plebeii quosdam ad populum vocasse, mulctā dixisse, uel dicendum est comitia de mulcta certatione à Trib. pl. habita, non ab iis qui mulctam dixerant: aut sane ab iis quæ diximus, ea comitia excipienda sunt. quæ de mulcta certatione habebantur, ita ut in hac tantum repotestatem haberent agendi cū populo, cū de mulcta, quam pro suo imperio alicui dixissent, ad populum certandū erat. Id quod ego uerius puto. Iam n. ab anno Vrbis 300. Consules Sp. Tarpeius, & A. Aterinus legem Centuriatam tulerant, qua omnibus magistratibus mulctā dicendæ potestas facta est, auctore Dionysio lib. 10. Atque ea est lex Aterina, cuius meminit Gellius libro 11. cap. 1. Et sane si Aedilibus Aediles creare licuisset, cum ad interregnū res redibat, potuisset euenire, ut non creatis Consulibus & Prætoribus summa Reip. rediret in Aedilium Curulinum, qui iam creati ab Aedilibus essent, potestatem. Neque enim tum uerum esse potuisse Remp. absq; ullo Curuli magistratu esse. Atqui si reliquis minoribus magistratibus ius non erat agendi cū populo, necesse est ut comitia habendi nulla his esset potestas. Consequens igitur est, ut Tribunos militares, & Triumvirostā capitales q̄ nos eternos & monetales dicamus creari ab aliquo maiore magistratu. Siquidem plebeios tantum rogarent Tribuni pleb. Porro autem ordinarios magistratus subrogandi munus proprium erat Consulū, neque id Prætores unq; leguntur factitasse Consulibus præsentibus. Consules ergo illa comitia habere solitos necessariò concedendum erit. Quod autem ad extraordinarios magistratus attinet, ex his quæ modo diximus, larui potest Consulibus, Prætoribus, & Tr. pl. tantum ius fuisse eos creandi. Ex hysto ria autē lectione perspici potest, modo Prætores, modo Tr. pl. interdum etiam Consules habuisse comitia ad creandos extraordinarios magistratus. Sacerdotum comitia Tributa Cōsules habere debuisse ex quinta Ciceronis epist. ad Brutum colligi pot. Illic enim ait mortuis Hirtio & Pansa Coss. comitia sacerdotum necessariò differenda esse, donec res ad Interregnū rediisset, ut Consules auspicio ab Interrege subrogarentur. Atqui tum & Prætores & Tr. pl. erant Romæ: quibus si ius fuisset ea comitia habendi, sacerdotum comitia non fuissent eò usque differenda, dū Consules subrogati essent. Verba Ciceronis hæc sunt: Omnino Pansa uiuo celeriora omnia putabamus. Statim enim collegam

O 3 sibi

B

C

D

E

Fibì subrogasset. Deinde ante Prætoria sacerdotum comitia fuissent. Nunc per auspicia longam moram video. Dum enim unus erit patricius magistratus, auspicia ad patras redire non possunt. His postremis uestibus Cicero uult ideo moram futuram comitiis sacerdotum, quia auspicia ad patres redire non poterant, quādiu erat unus patricius magistratus. Consulibus enim demortuis, comitia subrogādis Consulibus habere non poterat Prætor. Quia tamen patricius magistratus erat, ideo non poterant patricii coire, quādiu erat Prætor, ad p[ro]pendum interregem: quæ sola tum erat ratio subrogandi Consules. Necesse igitur erat ad finem usque anni expectare, quo tempore nullus patricius magistratus impedimento erat quominus ad patricios auspicia redirent. Qd[icitur] si, ut hinc apparet, habendis sacerdotum comitiis expectandum erat dum Consules creati essent, necessario efficitur solis Consulibus ius fuisse habendi comitia sacerdotum, quæ ex lege Domitia habebantur. Ante legem Domitiam comitia Tributa, quæ Pontifici max. creando habebantur, ab uno quodam Pontifice haberi solebant. Id quod ex T. Liuio colligi potest. Scribit enim initio libri quinti Decad. 3. comitia Pontifici max. creandos habuisse Marcum Cornelium Cethegum Pontificem. Atqui Consules Prætoresq[ue] tum Romæ erant, ut ex eodem auctore constat. Vnde efficitur Pontificibus etiam ius fuisse habendi comitia Tributa. Post legem sane Domitiam eo existimo Consules habuisse comitia Pontificis max. quod certum sit sacerdotes collegiorum à Consulibus creari. Non est auteem probabile Pontificem max. non potuisse habere comitia Pontificibus sufficiēdis, cum interim unus de collegio Pontificum posset habere comitia Pontificis max. In quo si me fallit coniectura, in reliquis certe collegiorum sacerdotibus uerissimum est quod diximus. De legum iudiciorumq[ue] comitis Tributis facile est intelligere iis magistratibus licuisse habere ea comitia, quibus ius erat cum populo agendi. In historia autem legimus interdum Consules, interdum Prætores, s[ecundu]m Tribun. pleb. ad populum de his rebus rogationes tulisse. Aetate Ciceronis rogatio de religione à P. Clodio polluta, à M. Pisone Consule lata est: lex Aurelia de tribus ordinibus iudicum ab Aurelio Gotta Prætore lata est: lex Gabinia, Manilia, Vatinia, à Tribunis pl. latæ. Ac de personis, quidem quibus ius esset habendi comitia Tributa, hactenus. De persona candidatorum pauca dicenda sunt. Plebeios magistratus petendi ius erat plebeis tātum hominibus, binosq[ue] ex singulis

A
Hanculis classibus Tribunos esse oportebat. Luius lib.4. Dec.1.
 Multā prouidisse maiores nostros , qui cauerint ne cui patricio
 plebeis magistratus paterent. Quæ sane causa fuit, ut Clodius te
 plebeio adoptandum daret, ut Tr.p. fieri posset. Et lib.3. Dec.1.
 Trigesimo sexto anno à primis Tr.p. decē creati sunt bini ex sin-
 gulīs classibus. Itaq; cautū est, ut postea crearētur. Illud ēt reperio
 apud Luiū cautum fuisse de Tribunorum Aediliumq; pl. perso-
 na, ut eos magistratus gerere iis non liceret , quorum pater , qui
 sella Curuli sedisset, uiuere. Verba Luii sunt ex lib.7 . Decad.3.
Aediles plebeii erant Cn. Seruilius, & Q. Cæcilius Metellus. Ser-
 uiliū negabant iure aut Tribunum pleb. fuisse aut Aedilem es-
 se, quod patrem eius , quem Triumuirum agrarium occisum à
 Bois circa Mutinam esse opinio per decem annos fuerat, uiuere
 atque in hostium potestate esse satis constabat. Et lib. decimo e-
 iusdem Dec. Latum ad populum est, ne Cn. Seruilio fraudi esset
 quòd patre qui sella Curuli sedisset, uiuo, cum id ignoraret, Tribu-
 nus pleb. atque Aedilis pleb. fuisse: contra quām sanctum legi-
 bus erat. Candidati Quæsturæ tam patricii quām plebeii esse po-
 terant: tantumq; in iis prouidendum erat post legem annalem ,
 ut æstatem haberent lege definitam: & ut emeritis decem annuis
 stipendiis, nullo infami iudicio à petitione reiicerentur . De qui-
 bus supra satis dictum est . In Tribunatus militum candidatis
 quid obseruandum esset, Polybius in sexto de Rep. explicat his
 uerbis : Designatis Consulibus, postea Tribunos militum creāt.
 Et quatuordecim quidem ex iis faciunt Tribunos , qui habent
 annua quinque stipendia. His deinde adiiciunt decem, quos creāt
 ex iis qui supra quinque usque ad decē habent annua stipendia:
D Equites quidem qui decē omnino habent stipendia, pedites autē
 qui sex, & eo amplius habent annua stipendia. Ex iis apparet nō
 temere quoquis Tribunos militum fieri potuisse: sed cum 24. Tri-
 buni militum à populo crearentur, qui quatuor ordinariis urba-
 nis legionibus præcessent, singuli singulis millibus: nemo ad id
 deligebatur, qui non gessisset minimum quina stipendia. Erantq;
 alii ueteres Tribuni militares numero decem , alii iuniores nu-
 mero quatuordecim . In quo etiam obseruabatur, ut nemo qui
 equo meruisset, Tribonus militum fieri posset, nisi qui decem sti-
 pendia haberet: cum interim satis esset pedibus , uel sex annos
 meruisse, ut inter ueteres Tribunos militares locum habere pos-
 set. Horum ueterum Tribunorum militarium meminit Cicerō
 se cunda in Verr. M. Crepereius ex accerima illa equestri fami-
B
C
D
E

- F**amilia, & disciplina: L. Cassius ex familia tum ad cæteras res, tū ad iudicandum sequerissima: Cn. Tremellius homo summa religione & diligentia: tres hi homines, veteres Tribuni militares sunt designati. Candidatum ergo huius magistratus nemo se profiteri iure poterat, nisi qui legitima illa stipendia consecisset: pedibus quidem quinque aut sex minimum annos, equo autem decem. Quod ad magistratus extraordinarios attinet, hoc unum lege fuisse cautum de candidatis reperio, quod scribit Cicero in Rullum his uerbis: Quos tandem igitur Decemuiros creari vult? Se
- G**primum. Qui licet leges enim sunt veteres, neque ex cōsulares, si quid interesse arbitramini, sed Tribunitiae, uobis maioribusque uestris uehementer gratiae atque iucundae. Licinia est lex, atque altera Ebutia, quæ non modo eum qui tulerit de aliqua curatione ac potestate, sed etiam collegas eius, cognatos, affines excipit, ne eis ea potestas curatione mandetur. De sacerdotum competitoribus hoc primum annotandum est, quod scribit Cicero pro domo sua, sacerdotes horum de quibus agimus collegiorū dimidia ex parte patricios, ex altera plebrios esse debuisse. Verba Ciceronis hæc sunt: Itaque populus R.o. breui tempore nec Regem sacerorum, neque Flamines, nec Salios habebit, nec ex parte dimidia reliquos sacerdotes. Ex iis cōsequens est, nō temere quibusuis licuisse ea sacerdotia petere. Frustra enim plebeius petiūset si in locum demortui patricii sufficiendus esset sacerdos: & contrā patricio locus esse non poterat, si pro demortuo plebeio substituendus esset alius plebeius. Adscribendum etiam est hoc loco, id quod Cicero epistola quinta ad M. Brutum scribit: Ciceronem nostrum in uestrum collegium cooptari uolo. Existimo omnino absentium rationem sacerdotum comitiis posse haberi. Nam ē factum est antea. Cn. Marius cum in Cappadocia esset, lege Domitia factus est augur. Nec quominus id postea liceret, ulla lex sanxit. Est etiam in lege Iulha, quæ lex est de sacerdotiis proxima, his uerbis, Qui petit, cuiusue ratio habebitur. Aperte indicat posse rationem haberi non petentis, Dion quoque scribit, legibus cautum fuisse, ne ex eadem gente duo in eodem collegio sacerdotes essent. Et quoniam in collegio augurum erat ex gente Cornelia Faustus Sylla, idcirco ut posset in id collegio cooptari Lentuli Spintheris filius, datus est à patre adoptandus Manlio Torquato. Hoc etiam loco animaduertendum est, non perinde definitam legibus ætatem fuisse petendi sacerdotia, sicut erat in petendis magistratibus. Nā præter id quod legimus

mus apud Suetoniu, Cæsarem septimo & decimo ætatis anno fa-
 cili fuisse Flaminem Dialem, ex eo quod Cicero dicit se uelle ut
 Cicero filius in collegium Pontificum cooptetur, intelligi potest
 admodum adolescentes in collegia sacerdotum cooptari potuisse.
 Si n. Cicero filius natus erat L. Cæsare & G. Martio Coss. quem
 admodum Cicero ad Att. prima epist. scribit: uix dum poterat 21:
 annos Cicero filius natus esse Hirtilio & Pansa Coss. quo anno illa
 ad Brutum epistola scripta est. Ex quo efficitur licuisse admo-
 dum adolescentibus ad sacerdotium peruenire. Nec tamen ante
 annum 17. quo anno virilem togam accipiebant iuvenes Roma-
 ni, id licuisse existimo: quandoquidem ad eam usque ætatem pue-
 ri censerentur: nec ullam Reip. gerendæ potestatem haberent: In
 Pontifice max. creando id proprio seruandum erat, ut non pos-
 set, nisi ex iis qui Pontifices, essent Pontifex max. fieri. Id quod
 hac ratione doceri potest. Ex iis locis quos supra ex Livio cita-
 vimus, apparet, mortuo Pont. max. à collegio ante legem quidem
 Domitiam, alium cooptari solitum, qui Pontifex tantum fieret:
 tum deinde Pont. max. comitia habebantur. Si igitur ahunde po-
 terat desumi Pont. max. quod ex numero Pontificum, necesse erat
 semper uno augeri numerum Pontificum, quoties Pont. max.
 moriebatur. Pone enim nunc octo Pontifices, qui erat nume-
 rus ueteri lege definitus: si Pont. max. moriatur, substituto pro
 eo alio Pontifice, restabit numerus octo Pontificum. Quando er-
 go Pont. præterea max. populi suffragiis fuerit adiectus, nisi ex
 numero Pontificum sumptus sit, collegium Pontificum nouem consta-
 bit Pontificibus. Quod si rursus Pont. max. moriatur supersti-
 tibus reliquis Pontificibus, necesse erit decem Pontificibus con-
 stare collegium, uno adiecto Pontifice, & alio Pont. max. crea-
 to: eodemque modo semper auctum fuisset collegium, ita ut cer-
 to numero nunquam definitum esset: quod tamen absurdissimum
 est. Ex numero ergo Pontificum populus crebat Pontificem
 max. nec se Pontificatus maximus candidatum profiteri quisquam
 poterat, qui Pontifex non esset. Quod uero sœpe in historia Li-
 ui reperimus eundem hominem duo sacerdotia gessisse, argume-
 to est non perinde atque in magistratibus uetitum fuisse, ut duo
 quis sacerdotia gereret. Sane postquam lege Domitia à populo
 dari coeperunt, minus id factitatum reperitur, quia scilicet comitiis
 ratio potius haberetur eius qui nullo fungeretur sacerdotio,
 quam eius qui aliquod iam sacerdotium haberet. Ac de perso-
 nis quidem, propter quas habebantur comitiis Tributa, satis
 Deinceps

- F** Deinceps sequitur, ut de personis ius suffragij habentibus dicamus. Omnibus ciuibus Rom. quibus data erat ciuitas cum iure suffragii, licebat comitiis Tributis suam dicere sententiam. Simul enim cum pleno iure ciuitatis tribum accipiebant, in qua suffragium ferrent. Liuius lib. 8. Dec. 4. De Formianis Fundanisq; mu nicipibus & Arpinati bus C. Valerius Tappo Tr. pl. promulgavit, ut ii suffragii latio (nam ante sine suffragio habuerant ciuitatem) esset. Huic rogationi quatuor Tr. pl. quia non ex auctoritate Senatus ferretur, cum intercederent: edocti populi esse non Senatus ius suffragium quibus uelit impertiri, destiterunt incepito. Rogatio perlata est, ut Aemylia tib; Formiani & Fundani, in Cornelias Arpinates ferrent. Atque in iis Tribubus tum primum ex Valerii plebiscito censi sunt. In hoc Liuii loco multa sunt obseruatione digna. Primum, populi proprium ius fuisse dare ciuitatem, ut in ea re nil opus esset auctoritate Senatus. Unde fit, ut nusquam reperiamus ciuitatem datam, nisi rogatione ad populum lata. Quarum rogationum exempla multa extant in orationibus pro Archia poeta, & pro Balbo. Deinde iis deum ciuibus suas tribus fuisse, qui pleno iure ciues essent: hoc est cum iure suffragii. Vnde fit, ut quoties datam ciuitatem reperimus absque iure suffragii, nullam reperiamus mentionem tribuum. Contrà autem quoties tribuum mentionem factam uide mus, propter aliquos nouos ciues, simul intelligere possumus eos pleno iure ciues factos. Postremò ciues tantum eos censi solitos, qui suas quasdam haberent tribus. Nam qui ius suffragii non habebant, honoris potius causa ciues erat, quemadmodum de Campanis equitibus scribit Liuius, & de Ceritibus A. Gellius lib. 16. cap. 13. quam ut onus aliquod ciuitatis ferrent. Merito igitur siebat, ut nihil ad eos census attineret: qui potissimum ad onera Reip. æquabiliter sustinenda institutus erat. Illud ergo certum est, omnes ciues qui in tribus Romanas descripti erant, ius habuisse suffragii ferendi: etiam si tribu moti essent factiq; ærarii a Censoribus aut publico iudicio, modò ne simul notæ causa in Ceritum tabulas relati essent. Tribu. n. mouere nihil aliud erat, q; tribū mutare iubere, ut docet Liu. lib. 5. Dec. 5. At qui in tabulas Ceritū referebantur, iure suffragii priuabant, ut docet A. Gell. lib. 16. c. 13. & Asconius. Verū an hi soli ius haberent suffragii, ualde dubium est. Latini enim in tribubus Romanis non erant ante legem Iuliam, qua Latinis & sociis Italiæ populis ciuitas data est: & tamen ius habuisse suffragii in comitiis Tributis uidetur.

videntur. Liuius. n. lib. 5. Dec. 3. ita scribit: Testulis (uel ut Valla
 legit, Testibus) datis Tribuni populum summouerunt: sitellaq;
 adlata est, ut sortirentur ubi Latini suffragium ferrent. Quæ uer-
 ba indicant non modò Latinos tum descriptos in tribus Roma-
 nas non fuisse: alioquì nihil sortitione opus fuisset, ut in qua tri-
 bu suffragium dicturi erant, cõstare posset: sed etiam suffragium
 habuisse. Vnde uidetur sequi non solis ciuibus Romanis ius
 fuisse suffragii. Ea sane quæstio difficultate non caret: nos tamen
 conabimur aliquid lucis adferre: sed ita ut suum cuique relinqua-
 mus iudicium, ut si minus probent quod dicemus, aliud sequan-
 tur quod uerius iudicabunt. Latini omnes ciues Romani non
 fuerunt nisi post legem Iuliam, ut docet Cicero pro Balbo: quæ
 lex lata est initio belli socialis. Multas tamen reperio eos ratio-
 nes habuisse uiritim perueniendi ad ciuitatem, quæ aliis populis
 non paterent. Vna ratio erat per legem, cuius meminit T. Liuius
 lib. 1. Decad. 5. Lex sociis ac nominis Latini, qui stirpem ex sele-
 domi relinquenter, dabat ut ciues Romani fierent. Alia erat, cu-
 ius meminit Appianus libro secundo bell. ciuilium, ubi ait Latinis co-
 loniis magistratum gessissent. Quanquam ergo Romaní ciues
 amitterent ciuitatem, si in Latinam coloniam nomina dedissent:
 ut docet Cicero pro Caecinna, & pro domo sua: hoc tamen iure
 poterant in ciuitatem redire, si magistratum in ea colonia Latini
 na gessissent. Alia item ratio fuit per legem Seruiliam, qua Latinis
 ius erat ciuitatem assequi in locum eius quem accusando dæ-
 nassent repetundarum. Hanc legem tulerat C. Seruilius Glaucia,
 ut docet Ascon. pro Scauro. Quod autem ea lege Latini asseque-
 rentur ciuitatem, Cic. pro Balbo ostendit his uerbis: An accusa-
 tori maiores nostri maiora præmia quam bellatori esse uolue-
 runt? Quod si acerbissima lege Seruilia principes uiri ac grauissi-
 mi & sapientissimi ciues hanc Latinis, id est foederatis, uiam ad
 ciuitatem populi iussu patere passi sunt. Alias uero etiam leges
 fuisse, quibus Latinis præmii loco ciuitas proposita esset, paulò
 post idem Cicero indicat his uerbis: Num fundos igitur factos
 populos Latinos arbitramur aut Seruilia lege aut caeteris, qui-
 bus Latinis hominibus erat propositum aliqua ex re præmium
 ciuitatis. Porro aut quod dixi Latinis data ciuitatem lege Iulia,
 de iis accipi debet qui in Italia erant populi Latiní nominis. Cer-
 tum. n. est ex Suetonio in Cesare post eam legē adhuc fuisse mul-
 tas Latinas colonias, quæ tamen ciuium Romanorū non erant:
 sed

F sed eo iure quo socii nominis Latini erant ante ciuitatem uniuerso Latio lege Iulia datam. Verba Suetonii haec sunt: Decedens ergo ante tempus colonias Latinas de petenda ciuitate agitantes adiit. Ut etiam excipientur hi, quos primis temporibus in ciuitatem receptos legimus. Quod si tam multas rationes haberent Latini adipiscendae ciuitatis Romanae, accidere poterat, ut quinquennii spacio, quod erat tempus inter censuras interiectum, multi Latini ciuitatem assequerentur, qui tamen adhuc nec censi essent, nec in tribus Romanas adscripti. Nam & lib. 8. Decad. 1. legimus

G Lanuvios, Aricinos, Nomentanos & Pedanos, qui omnes Latini erant, ciuitate donatos, post quinquennium demum censos fuisse, & in duas tribus Metiam & Scaptiam descriptos: quae tribus tum primum propter eos additae sunt. At enim si pleno iure hi ciues essent, ius habebant suffragii. Verum qui tribum adhuc non habebant, quomodo ad suffragium vocari poterant? An sorte id decernendum erat? Ut qui certa adhuc tribu non essent, in ea suffragium ferrent, cui sorte id obtigisset. Haec profecto esset tolerabilis interpretatio loci T. Liui, ut de iis Latinis

H intelligeretur, qui ciues quidem iam essent facti per eas leges quem erant, sed nondum in tribus descripti: si uerum esset pleno iure quemquam ciuem esse potuisse, adeoque suffragii ius habuisse, qui nec census esset nec tribum haberet. Id uero nequam admissendum esse uel hinc uideri potest, qd Ceturiatis comitiis nemo suffragium ferre poterat, qui censum suum professus non esset. Describabantur enim ex censu Centuriæ. Et noui ergo illi ciues, si censi non essent, Centuriatis comitiis ferre suffragium non poterat. Porro autem dicere ciues ius suffragii habuisse in unius generis comitiis, qui in alterius generis non haberent, ineptum est, & ab omni ratione alienum. Verius ergo est, quod paulo ante annotauimus, neminem ciuium Rom. ius suffragii habuisse, priusquam census esset, & in aliquam tribum adscriptus: tame si ceteris in rebus pro ciue se gerere posset. Iam uero si nemo potest iure Romano duarum esse ciuitatum, ut ait Cicero pro Cetinna & pro Balbo, nec sane iidem poterant esse Latini, & ciues Romani. Titum ergo Liuum de nouis quibusdam ciuibus non intellexisse, uel hinc argumentum accipi potest, quod Latinos appellat. Neque enim uera esset appellatio, eos qui ciues iam essent Romani, Latinorum nomine appellare: præsertim cum Latinorum appellatione semper socii Latini, nominis intelligantur, à ciuibus Romanis adeo diuersi, ut ne ii quidem Latini, qui in coloniam

I

K

Ioniam Romanam nomina dedissent, ciues Romani essent, quemadmodum T. Liuius lib. 4. Decad. 4. à Senatu iudicatum esse dicit in causa Puteolanorum, Salernitanorum, & Buxentinorum. Neque uero dici potest de iis Latii municipiis eum locum intelligi, quæ ciuitate donata erant, ut de Tusculanis, Lanuinis, Aricinis, Nomentanis aliisq; huius generis. Habant enim iamdudum illa municipia suas tribus. Quapropter sortitione opus non erat, ut appareret in qua tribu suffragium ferrent. Aliud ergo nobis inueniendum est, unde illius loci explanationem eruere possimus. Foedus cum Latinis ictum esse Cice
A
 10 pro Balbo scribit Sp. Cassio & Posthumio Cominio Coss. anno Vrb. 261. De hoc foedere Dionys. lib. 8. ita loquentem Sp. Cassium introducit: Latinos Romanorum consanguineos, urbis tamen Romæ dominationem, & gloriam iniquo semper animo ferentes, in amicitiam adduxi, concessa eis *ιστρολιτάς*, ut iam non aduersariam sibi Romam uocent, sed patriam. Et paulò post: Sp. Cassius quamplurimos potuit Latinorum & Hernicorum, euocauit ad suffragium ferendum. Qui frequenter conuenerunt, ut propemodum plena peregrinis esset ciuitas. Quo à Virginio animaduerso, iussit per compita proclaimari, ut omnes peregrini Romam exirent, dato ad id per exiguo tempore. Tum Cassius contrà edicto iussit omnes in urbe manere, quibus concessa erat *ιστρολιτάς*, donec lex perlata esset. Ex iis Dionysiis uerbis intelligi potest foedere concessam Latinis *ιστρολιτάς*, hoc est communem, & parem cū Romanis Reip. gerendæ curam. Tum illud euocatos *ἐπὶ τὴν φυγήριαν*, Latinos, quos Cassius urbe exire noluerit ante legem perlata. Ex quibus cum T. Liuii uerbis collatis colligo Latinos cum Romanis suffragii ferendi potestatem habuisse. Neque enim sortendum fuisset, ubi Latini suffragiū ferrent, si omnino suffragio exclusi fuissent. Illud nunc querendum est: Vtrum beneficio tantum, & permisso eorum magistratuū, q; haberet comitia, Latini ad suffragium dicendum admitterentur, an uero pro suo iure ac per legis sui cum Romanis foederis ius haberent suffragii. Ego ut potius credam liberalitate Romanorum magistratum. Latinos ad suffragium admitti, quām suffragiis ius habuisse, hac potissimum ratiōne adducor, quod in historia C. Gracchi legimus socios Latinos urbe exire iussos, ne tum Romæ, essent, quādo legibus Gracchi ferendis tribus in suffragiū uocarēt. Quo pertinet illud Ciceronis pro Sestio: Nihil acerbius locū Latini ferre soliti sunt,
B
C
D
E

Fsunt, quām id quod perrād̄ accidit ex urbe exire à Consulibus iuberī. Neque enim edicto Consules tollere poterant, quod legibus contrā cautum esset. Itaque si per leges Latini ius habuissent suffragii, nec Consules suis edictis priuare suffragio illos potuissent, nec Latinos legum præsidio munitos suo iure cedere passus esset. C. Gracchus, ut contrā quām legibus licitum esset, suffragio priuarentur socii quos ipse euocasset. Si ergo id contra leges factū non est à C. Fannio Consule, ut edicto iuberet Latinos ut be exire, ne legibus Gracchi ferēdis adessent, necessariō efficitur

G Latinos comitiis legum nō habuisse ius suffragii. Restat igitur, ut quōd admissos ad suffragium Latinos reperimus, beneficio potius & benignitati Romanorum magistratum id tribuentiu m societati & consanguinitati Latinorum, qui tum fortè Ro mæ essent cùm haberentur comitia: quām iuris ac legum necessitatī attibuamus. Alia nūc questio est, omnibusne comitiorum generibus admitti solerent, an uno quodam aut altero genere tantū. Sane quia beneficii hoc erat, non iuris, quōd Latini admitterentur ad suffragium, nullam video causam, cur certis comitiis ea benignitas adstricta esset: præsertim cùm Latinorum suffragium hoc modo in unam quandam tribum sorte cōtractum nullius prope momenti semper futurum esset: cùm interim magno honori id ducerent, quōd suffragium cum ciuib⁹ dicerent. Illud profecto obseruandum est, quod illic ubi Luius suffragii Latinorum facit mentionem, agitur de iudicio ciuis Romanis, cui mulcta dicta erat à Tr. ple. Quid uero causæ esse potest, cur Latini in iudicio de mulcta suffragium dicerent, in iudicio capit⁹ non dicerent? Quōd si concedamus perinde eos suffragium dicturos fuisse in comitiis, quibus de Perduellione iudicaturus erat populus, atque in his comitiis, quibus de mulcta eidem reo Posthumio dicta agebatur: consequens est, ut fateamur non modo Tributis comitiis Latinos suffragium dixisse, sed etiam Centuriatis. Erant enim Centuriata Perduellionis comitia. Quanquam autem Romæ non censerentur Latini, sed in suis ciuitatis bus, poterant tñ ita se adiungere ad Centurias unius cuiusdā tribus, cui sorte obtigisset, ut Latini in ea suffragium dicerent, ut cū primæ classis Centuriis hi suffragium ferrent, qui erant primi cēsus apud Latinos: cum Centuriis secundæ classis, qui erant apud eos secundi census, & ita deinceps aut uero in unam Centuriā sorte ductam omnes Latini nulla habita ratione cēlus coniici: quo modo in Tributis comitiis in unam tribum coniiciebantur.

H

I

K

Sed.

Sed quoniam hæc, quæ de Centuriatis comitiis dicimus, uerius probabiles coniecturæ sunt, quæ necessariæ rationes, pro certo ea afferere nō ausim: præsertim cùm nusquam legamus uocatos ad suffragium Latinos Centuriatis comitiis. Quia uero nominatim T. Liuius ait his comitiis, quæ Tributa erant, Latinos suffragium habituros nisi interpellata essent, pro certo hoc affirmare possumus, Tributis comitiis Latinos ad suffragium admitti solitos. Vnde sequitur, si de iure queratur, solos ciues ius habuisse suffragii: si iure omisso morem suffragiorum spectemus, uerum erit etiam Latinos cum ciubus ad suffragium dicendum admitti solitos. Sed quoniam nulla certa tribu erant Latini, idcirco antequam tribus ad suffragium uocarentur, sortitio fiebat in qua tribu suffragium dicturi essent. Ac nostra quidem illa est de Liui loco sententia, quam tamen mutare non grauabor, si quis probabilior em adferat interpretationem. De diribitoribus, custodibus, rogatoribus & præconibus, paulò pōst dicemus, cum modum comitiorum Tributorum explicabimus. Nunc de personis agendi suuem hic faciamus.

B

C

De modo comitiorum Tributorum. Cap. IIII.

D E INCEPS consequens est, ut de modo agamus. In quo hoc primum animaduertendum est, commune omnibus omnī generum comitiis fuisse, ut haberet non posset loue fulgente aut tonante. Cicero in Vatinium scribit iam inde à Romulo decretū fuisse ab auguribus, loue fulgēte cū populo agi nefas esse. Omnibus autem omnium generum comitiis cum populo agebatur. Hoc igitur Tributis etiam comitiis contueniebat, ut auspicia haec tenus seruanda essent, ne haberentur quo die seruatum esset de cœlo. Vnde sequitur his etiam comitiis locum obnunciationi parendum fuisse. Neque enim Cicero diceret Vatinium contra legem Aeliam & Fusiam fecisse, nisi tributis etiam comitiis habendis obnunciationi parēdum esset. Interdum tamen ad legem aliquam ferendam, quam omnino uellet Senatus pro temporis necessitate perferriri, ut nulla ratione impeditur, lator illius legis soluebatur his legibus: ut de M. Aufidio Lurcone legimus lib. 1. ad Att. Lurco Tr. pl. qui magistratū simul cū lege Aelia iniit, solutus est & Aelia & Fusia, ut legem de ambitu ferret, quam bono auspicio claudus homo promulgauit. Et Clodius initio sui Tribunatus legem tulisse legitur, ne obnunciationi sibi parendū esset.

D

E

F esset. Quanquam autem Tributa comitia hactenus auspicio ha
beri debebant, in reliquo tamen genere auspiciorum, nulla fere
religione astringebantur. Id quod Diony. lib. 9. ostendit his uer
bis: Hoc erat discriminis inter Tributa comitia & Curiata, q
Curiata oportebat ex Senatus auctoritate haberi, & populum
curiatum suffragium dicere: & præterea necesse erat, ut auspicato
fierent, deos ante Consuli: alioqui iusta haberi non poterant. Tri
buta uero non consulto Senatu, non adhibitis sacerdotibus au
guribusve uno die, diuiso per tribus populo perficiebantur. Et li

G bro decimo hæc sunt uerba patriciorum ad Tr. pl. Neque enim
uos Senatus auctoritas ad magistratum uocat, nec Curiae de uo
bis suffragium dicunt, nec sacra facitis ante comitia, quæ lege fie
ri oportebant, nec omnino quicquam quod ad religionem deo
rum pertineat. Et T. Liuius lib. 6. Dec. 1. Penes quos igitur sunt
auspicia more maiorum? nempe penes patres. Nam plebeius
quidem magistratus nullus auspicato creatur: nobis adeò pro
pria sunt auspicia, ut non solum quos populus creat patricios
magistratus, non aliter quam auspicato creet: sed nos quoque ip

H si sine suffragio populi auspicato Interregem prodamus, & priua
tim auspicia habeamus, quæ isti ne in magistratis quidem ha
bent. Ex his Dionysii & T. Liui locis intelligi potest plebeios
magistratus nulla auspicia. Vnde efficitur non potuisse ea comi
tia, quæ haberent, auspicato haberri. Siue ergo legum, siue magi
stratum comitia essent, quæ à Tr. pl. habebantur, ea non auspi
cato habebantur: nisi quatenus obnunciationi parendum erat,
ut diximus. Ex quo etiam elici potest interpretatio duorum lo
corum Liuii, qui alioqui difficiles admodum essent. Vnus est ad

I finem libri decimi Deca. 1. Exacto iam anno noui Tr. pl. magi
stratum inierant: iisq; ipsis quia uitio creati erant, quinque post
dies alii suffecti. Alius locus est lib. 10. Dec. 3. P. Aelius Tubero
& L. Lectorius Aediles pl. uitio creati, magistratus se abdicau
runt. Ex his n. locis quateri posset, quomodo plebeii illi magistra
tus uitio creari possent. Vitio enim creari, erat contra auspicia
creari. Si igitur plebeii magistratus auspicato non creabantur,
quodnam uitium interuenire poterat? Dicendum igitur est ad
creandos plebeios magistratus nihil opus fuisse captare auspicia

K adhibitis auguribus pullariisve, ut in magistratis maioribus
fieri solebat: idq; esse quod auspicato creari negantur. Attamen
si quo die creati essent, aut fulgorassent, aut tonusset, uitio creati
dicebantur: quia contra commune augurum decretum cum po
pulo

pulo aut plebe auctum esset, quo die seruatum erat de cælo. Nā A
 si hoc solum uitium comitiis plebeiorum magistratum obuenire poterat, de hoc necesse est verba Liuui intelligi. Id quod nos postea pluribus ostendemus, cum de Curiatis comitiis agemus: ubi demonstrare conabimur his plebeis magistratibus non suis se opus Curiata lege, sicut cæteris minoribus magistratibus. Nunc illud potius quærendum est, quomodo uerum esse possit quod diximus, plebeios magistratus auspicia non habere. Cicero enim tertio de Legibus legem ponit huiusmodi: Omnes magistratus auspiciū iudiciumq; habento. Ex quo sequitur etiam B Tribunos pleb. auspicia habuisse. Ea enim legem Romanis legibus consentaneam fuisse, tum ipse Cicero paulò pōst indicat, tum uero ex eo facile est intelligere, quod passim Tribunos pl. reperimus ius obnunciandi habuisse: quod alioqui eis priuatis non licuisset. Vnde sequitur ratione sui magistratus potestatem habuisse seruandi de cælo. Sane hactenus concedendum est, non modo Tribunos pleb. sed etiam reliquos magistratus minores auspicia habuisse, ut de cælo seruare possent. Id quod uel ex edicto Consultum, quo edicebant quidies futurus esset comitiis Centuriatis perspici potest. In eo enim uetabatur, ne ullus magistratus minor de cælo seruasse uellet. Itaque possumus uno modo cum Ciceronē dicere, omnes magistratus auspicia habuisse: alio modo cū T. Liuio negare plebeios magistratus auspicia habuisse, q; suis actionibus instituendis augures pullariosve non adhiberēt: quæ erant uera auspicia. Quod uero dixi Tributa comitia, à plebeis magistratibus auspicato non haberi, idem ad omnia Tributa comitia, quæ etiam à patriciis habebantur, transferri debet: ut satis ostendunt uerba Dionysii, quæ generaliter de omnibus comitiis Tributis pronunciantur. Iam uero T. Liuius ad finem lib. 5. Dec. 1. in concione Camilli, per enumerationem colligens ea quæ auspicatō fiunt, inter auspicata comitia ponit tantum Centuriata & Curiata, Tributorum nulla facta mentione. Verba eius hæc sunt: Quid alia quæ auspicatō agimus, omnia fere intra pomcerium, cui obliuioni aut cui negligentie damus? Comitia Curiata, quæ rem militarem continent: comitia Centuriata, quibus Consules Tribunoſq; militares creatis, ubi auspicatō nisi ubi assolent, fieri possunt? Quod si quis certius etiam huius rei argumentum requirat, ita habeto. Si probatum fuerit minorum magistratum comitia Tributa auspicatō non haberi, multo magis in legum comitiis id uerum esse fatendum erit. Illud uero ita

- F** demonstrari potest ex uestib; Messalæ apud Gellium lib. 13. ca¹ 14. Minoribus magistratibus creandis, Tributis comitiis magistratus, sed iustius Curiata datur lege. Cum n. de auspiciis illic agatur, si Tributis horum magistratum comitiis augures adhiberentur, cur iustius Curiata lege magistratus eis dari dicitur, q̄ Tributis? Si enim illud iustius ad auspicia pertinet, quemadmodum ex ipso contextu apparet: necesse est ut propter iusta auspicia, quæ unis comitiis adhibebantur, aliis uero minime, ea uestib; Messalæ interprætemur. Nam quo tempore scripsit Messala,
- G** Tributis comitijs populus suffragium ferebat, Curiatis uero nō populus, sed triginta tantum lictores: idq; ita retentum erat auspiciorum causa, ut inquit Cicero in Rullam. Si igitur etiam auspicia tribueremus Tributis comitiis, perinde ut Curiatis, profecto multo iustiora comitia fuissent Tributa, quā Centuriata, cōtra quā asserit Messala. Illud ergo fatendum est, Tributa horum magistratum comitia non fuisse auspicata, nisi quatenus obnunciationi parendum erat: qua ex parte omnia comitia erant auspicata: ratione tamen legis Curiata, quæ pōst de his ferebatur, auspicato creari dicendum est. Minora enim patriciorum auspicia, erant horum magistratum minorum. Quod si penes hos erat minora auspicia, necesse est ut auspicato creentur. Hoc enim argumento Luius utitur, penes plebem auspicia non esse, quia auspicato plebei magistratus non crearetur. Vnde generalis locns desumi potest, penes eos auspicia esse non posse, qui magistratū auspicato non acciperent. Cum ergo dicat Messala minora patriciorum auspicia penes minores magistratus fuisse, necesse est, ut auspicatis quibusdam comitiis, quorum patres auctores essent, crearentur: cuius generis erant Curiata. Nam Centuriatorum & Curiatorum tantum comitiiorum patres auctores fuisse dicunt à Cicerone pro domo sua, & à T. Liuio lib. 6. Dec. 1. non etiam Tribunorum. Verum de Curiatis comitiis postea agemus. Illud nunc querendum est, an sacerdotum comitia auspicato haberentur. Qui in collegia sacerdotum cooptabantur, ante à quibusdā collegiū sacerdotibus inaugurarī solebant: ut Cicerō in Bruto, se ab Hortensio dicit inauguratum, cum in collegium augurū cooptatus est. At enim iuaugurari erat auguribus ad deos consulendos adhibitis inter eos nominari, qui sacerdotio digni essent, ut locus inaugurarī dicebatur, cum dii ab auguribus consulebantur placeret ne eis ad aliquid agendum ille locus. Hoc ergo affirmari potest ante sacerdotum comitia Tributa auspicis hac saltem ex parte

parte opus fuisse, quatenus inauguratos esse oportebat eos, de q-
 bus comitia habebantur. Consules uero comitia deinde habitu-
 ros his auspiciis contentos fuisse existimo, ut eis opus non esset
 denuo auspicia, priusquam comitia haberent, captare. Erat igit
 tur hoc diuersum in comitiis Tributis & Centuriatis, quod his
 habendis auspicia ante ab eo captanda erant, qui erat ea habitu-
 rus: illis uero minime. Hoc etiam (ut docet Dionysius) erat di-
 uersum, quod Tributis comitiis patres auctores fieri non opor-
 tebat, sicut Centuriatis. Id quod ad magistratum comitia potius
 pertinet quam legum. Leges enim ex Senatu decreto ferri soli-
 tas argumento uel hoc unum esse potest, quod in historia saepe
 uidemus rogationibus Tribunorum pleb. intercessum a colle-
 gis, quia non ex auctoritate Senatus ferrentur. Quia tamen mul-
 ta legimus plebiscita non modo absque Senatus auctoritate, sed
 etiam contra Senatus decretum perlata, idcirco existimo quod
 in Centuriatis & Curiatis legibus necessarium erat, in Tributis
 consentaneum potius fuisse quam necessarium, & decuisse ma-
 gistris oportuisse. Illud etiam erat discriminis, quod non sacra fieri an
 te haec comitia oporteret, quemadmodum ante Centuriata. Cae-
 tera quae diximus Ceturiatis conuenire ante ipsa comitia, cum
 Tributis communia sunt. Nam & his comitiis praemissio edicto
 opus erat: unde apud Liuum lib. 4. Dec. 1. Cum Tribunorum
 pl. creandorum indicta comitia essent. & promulgari trinundi-
 no leges, quas Tributis comitiis perferre quis uellet. Si enim
 quae supra diximus de legum promulgatione, ad plebiscita etiam
 pertinent, perspicuum est ad leges, quae Tributis comitiis ferren-
 tur, eam trinundini promulgationem fuisse necessariam. Atqui
 legibus etiam, que a Tr. pl. ferebantur, omnia accommodari que
 de promulgatione diximus, certum est. Ac de iis, quidem que
 ante comitia Tributa fieri solita erant, hactenus. Deinceps de ip-
 forum comitorum modo dicendum. In quo primum confide-
 randa sunt uerba A. Gellii ex lib. 15. c. 17. Tribuni neque aduo-
 cant patricios, neque ad eos referre de ulla re possunt. Ex iis n.
 uerbis apparet comitia, que a Trib. pl. habebantur, plebis tantum
 fuisse. Quod non ita accipiendo est, quasi non licet patriciis
 adesse illis comitis, sed quia ius non esset plebeii magistratibus
 eos uocandi. Cum enim plebis essent magistratus, merito fiebat,
 ut pro iure sui magistratus non possent nisi cum plebe agere. Ita
 que praemissum ab iis edictum ad plebem tantum pertinebat,
 cum interim liberum esset patriciis adesse, uel non adesse. Quae

- F**uero comitia Tributa à patriciis magistratibus habebant, quod ad edicti quidē vim attinet, uniuersi populi erant: sed tamen quia his comitiis nulla habebatur ratio census, ordinis, etatis, propteræ primores ciuitatis ferè his comitiis adesse non solebant: quia cum numero longe superior esset reliqua multitudo, spes nulla erat suum suffragium vim ullam habiturum contra plebis uoluntatem. Vnde eueniebat, ut omnia Tributa comitia fere peragerentur ab humilibus, ut uix unquam primores populi adessent. Ex iis inuenire causam possumus, cur cum de Tributis
- G**comitiis agitur, modò plebis, modò populi fieri mentionem sæpe eodem in loco reperiamus. Quod enim ad ius suffragii attinet, omnia comitia erant populi: quia nemo ciuis suffragio excludi poterat, si comitiis adesse uellet. Quod uero ad potestatem & ius uocandi attinet eius magistratus, à quo comitia edicta sunt: aut uero si ad eos spectemus, qui conuenire ad ea comitia solebant, non immerito plebis tantu m suis ea comitia dicuntur. Erat autem hoc commune his comitiis cùm Centuriatis, quod prius quam in suffragium mitteretur populus, concio à magistratu habebatur, qua de magistratibus aut sacerdotibus creandis, uel de legibus ferendis uerba eodem modo siebant, quo supra diximus in Centuriatis comitiis. Hæc peracta concione, populus in suas cuiusque tribus discedebat. Tum sortitiones siebant à magistratu: quæ diversi generis erant. Una erat ac prima omnium ad sortiendum in qua tribu Latini suffragium ferrent: de qua resuprà multa diximus. Altera erat in magistratibus quidem creandis, & legibus ferendis, ad sortiendum quo ordine tribus quæque suffragium ferret. Ad quam sortem peragendam omnium tribuum nomina in cistellam quandam coniiciebantur: tum ut quæque prior exierat, ita prior suffragium cerebat, ut ex historia Tib. Gracchi apud Appianum intelligi potest. In sacerdotum uero creatione, quia septendecim tantum tribus suffragium ferre ex lege poterant, idcirco sortiendæ tantum erant hæ tribus 17. quæ erant suffragium latae. Id quod Cicero in Rullum indicat cum ita scribit: Iubet Tribunum pleb. qui eam legem tulerit, create Decemuiros per tribus septendecim: ut quem nouem tribus fecerint, is Decemuir sit. Et paulò post: Hoc Tribuno pl. potissimum uenit in mentem populum Rom. uniuersum priua re suffragiis: paucas tribus non certa conditione iuris, sed sortis beneficio fortuito ad usurpandam libertatem uocare. Et paulò post: Uniuerso populo neque ipse committit, neque illi horum confi-

confiliorum auctores committi recte putant posse. Sortietur A
 tribus idem Rullus homo felix, educet quas uoleat tribus: quos
 nouem tribus decem viros fecerint, ab eodem Rullo educatae,
 hos omnium rerum dominos habebimus. Ex his Ciceronis
 uerbis omnis ratio intelligi potest, qua Decem viros creari uole-
 bat Rullus. Erat autem haec eadem cum ea, quae ex lege Domi-
 tia in sacerdotum creatione obseruabatur: ut nos ex eodem Cice-
 zone supra ostendimus. Consequens igitur est, ut in sacerdotum
 creatione dicamus septendecim tribus ita deligi, ut 35. tribubus
 cistam coniectis, septendecim ex eo numero educerentur, qua-
 tum suffragio staretur. Verum illud hoc loco ambigui potest,
 an suffragium dicerent illae tribus, ut quæque educatur, an uer-
 ò non antè ferrent suffragium quam iis selectis, quarum suffra-
 gio standum erat, rursus in cistam haec coniectæ essent, ut suffra-
 gium deinde eo ordine dicerent, quo quæque educeretur. Ego
 existimo gemina sortitione, & gemina ex cista eductione nil op-
 pus fuisse: liquidem sortitione, unica non minus ex lege suffragiū
 à minore parte populi ferri posset. Si enim ultra septuam &
 decimam tribum non sis progressurus, vt quæque suffragium
 dicat, simul atq; educta ex omnium tribuū cumulo erit, tā hoc
 modo minor pars populi suffragiū tulisse dicetur, quam si gemi-
 na illa eductione usus essem. Quod si brevior, nec minus iusta es-
 set illa ratio quam haec, prudentiae Romanorum consentaneum
 est, illa potius unica sortitione contentos fuisse, quam hac gemi-
 na. Ex his quæ dicta sunt, apparet in Tributis comitiis pro præ-
 rogatiua fuisse eam tribum, cui forte obtigisset, ut prima exiret è
 cistella. Verum id diuersum erat à Centuriatis, quod sortitione D
 prærogatiua Centuriæ facta reliqua comitia absque sorte pro-
 cenu, ordine, atque ætate peragebantur. At comitiis Tributis
 sorte utendum erat ad finem uique comitiorum, ad uocandas or-
 dine tribus. Quod uero supra diximus de tabella suffragij, &
 de pontibus per quos suffragium ferebatur, id commune erat
 Tributis comitiis cum Centuriatis: quemadmodum ex uerbis
 quæ citata à nobis sunt, perspici potest. Verum hoc erat,
 proprium Tributorum, quod rogatores in iis non adhiberi
 solebant, sed custodum diribitorum & præconum ministerio
 tantum peragebantur. Vocandis enim ad suffragium tribu-
 bus, ut quæque sortiente magistratu exierat, præconum ope-
 ra erat necessaria: tum uero & renunciandis singularum tri-
 buum sententiis postquam dixerant suffragium. Quia uero his

- F** quoque comitiis diximus tabellas populo ministrari solitas , cū ad pontes uenerat, idecirco necesse est, ut ad hoc ministerium diri bitores adhibitos dicamus. Sed & qui fraudem animaduerterēt, quæ uel diribendis tabellis, uel in colligendis suffragiis commit ti poterat, & qui sententiarum numerum pro candidatis inirēt, certos quosdam homines fuisse necesse est . Hi autem erant, qui custodes appellabantur. Nam quomodo Cato fraudem animad uertere potuit quæ comitiis Aediliis ad deiiciendum M. Fauo nium fiebat, nisi pro amico Fauonio Cato custos fuisse ? Aut **G** quomodo collegæ C. Gracchi multa suffragia maligne occulta re potuerunt ad deiiciendum Tribunatu Gracchum, nisi præ ter rogatorem comitiorum alii essent , qui se interponerent numerandis sententijs? His ergo comitiis præsertim, quibus magistratus creabantur, erant certi quidam homines, qui uel amicitiæ cau sa, uel pro suo magistratu comitiis ita se' interponebant, ut custo dum munere fungerentur. Quod verò de rogatoribus dixi præ ter rogatorem comitiorum non fuisse alios tribuum rogatores, sicut erant Centuriarum rogatores quidam in Centuriatis comitiis, hac ratione confirmari potest. Qui cistam deferebat collige dis per tribus suffragiis, rogator dicebatur. Atqui ex multis locis apertum est cistam deferre solitum eum ipsum , qui habebat Tributa comitia . Cicero de Saturnino legem ferente ita scribit lib. i. ad Heren. Saturninus ferre coepit . Collegæ eius intercede re. Ille nihilominus cistellam detulit. Et primo de nat.deo. Vt igitur Tiberium Gracchum quum uideor concionantem in Capitolio uidere: de M. Octauio sitellam deferentem. Et apud Asco nium hæc sunt Ciceronis uerba ex oratione pro C. Cornelio : Neque enim maius est legere codicem cum intercedatur, quam sitellam ipsam cum ipso intercessore deferre . Hi loci satis ostendunt rogatorem comitiorum eundem fuisse, qui per singulas tri bus tabellas suffragii colligeret . Vnde etiam colligo interpretationem loci apud Suet.in Cæsare, ubi ita scriptum est : Qui pri mū cuncti utrumne illum in campo per comitia tribus ad sus fragia uocantem partibus diuisis ē ponte deiicerent . Nam eum locum de Tributis comitiis intelligi uel hinc perspicere potest , q supra ostendimus in Tribunali manere solitum magistratum, qui Centuriata comitia habebat : hic uero cum dicit ē ponte Cæsarē deiicere coniuratos excogitasse, manifestò demonstrat uocandis tribibus in ponte, ac non in Tribunali Cæsarem stare solitum . Ex quo consequitur Tributis comitiis euni qui habebat comi tia

tia, non in Tribunali consedisse, sed in ponte consistere solitum, A
 ubi uocatarum tribuum tabellas colligeret. Quod si ita sit, necel-
 fariò sequitur his comitiis non alium fuisse rogatorem, quàm eū
 ipsum magistratum, à quo habebantur comitia. Iam autem in
 certum quandam locum uocari singulas tribus his comitiis si-
 cut in Centuriatis, hinc ostendi potest, quòd cum mentio est ho-
 rum comitiorum, non modò uocari tribus, sed etiam introuoca-
 ri reperimus. T. Liuius lib. 10. Decad. 4. ita scribit de comitiis lo-
 quens, quibus multa certabatur dicta Duuumiro à Pontif. max.
 Et plures iam tribus introuocatæ dicto esse audientem B
 Pontifici Duuumirum iuberent. Et libro quinto Dec. 4. ubi de
 rogatione loquitur, quam ferebat T. Sempronius Tr. pl. de triu-
 pho L. Pauli: Introuocatæ primæ tribus cum antiquarent. Et
 apud Asco. uerba Ciceronis pro C. Cornelio hæc sunt: Nec cri-
 minosus tribus ad legem accipiendam, quam ad collegam red-
 dendum priuatum introuocare. Si igitur, ut hi loci ostendunt,
 introuocabantur his comitiis tribus, necesse est ubicunque habe-
 rentur seorsum diuisas suis locis fuisse singulas tribus priusquā
 vocarentur: ex quibus deinde locis migrarent, ut per pontes in
 alium quandam locum introducerentur: quod nos supra ouile
 & septa appellari diximus. Ad quam rem faciunt uerba Diony.
 lib. 7. Tertius nundinis cùm populus frequens conuenisset in
 forum, Tr. pl. ad comitia Tributa populum uocarunt, designatis
 in foro suis cuique tribui locis, in quibus seorsum consisterent.
 Ut autem omnes, qui ex eadem erant Centuria uiritim rogaban-
 tur, ut pòst numerus. iniaretur eorum, qui plures fuisse in eadem
 sententia comperirentur, ita uiritim omnes qui ex eadem tri-
 bu erant, rogabantur: ac postquam tota tribus suffragium di-
 xerat, sententiæ numerabantur, ut ea demum sententia tri-
 bus renunciaretur, in quam plures consensisse perspicerentur:
 adeò ut omnia, quæ de renunciatione supra diximus, ad hæc
 comitia accommodari possint, si tantum pro Centuriis tribus
 ponas: nisi quòd quædam erant proprie obseruanda in comitiis
 Tributis legum, alia quædam in magistratum, alia in sacerdo-
 tum: de quibus mox dicemus, postquam duos locos, unum Cice-
 ronis, alterum T. Liuii, considerauerimus. Locus Ciceronis est
 pro Placio: Nam quod primus sciuit legem de publicanis, tum
 cum vir amplissimus Cöfus id illi ordinì per populum dedit, qđ
 per Senatum si licuisset dedisset: si in crimen est, quia suffragium
 tulit, quis non tulit publicanus? Si quia primum sciuit, utrum id

- F**ortis esse uis, an eius qui illam legem ferebat? Si fortis, nullū crīmē est in casu: si Consulibus, splendor etiam Plancii hunc à summo uiro principem ordinis iudicatum. Ex hoc enim Ciceronis loco intelligi potest, eum qui primus suffragium ferebat, partim forte deligi solitum, partim uoluntate rogatoris. Hactenus enim fors in ea re locum habebat, quatenus tribum Centuriāve ostē debat, quæ prima roganda esset: reliquum uero erat in uoluntate rogatoris, ut ex ea tribu Centuriāve prærogatiua aliquem deligeret, quem primum rogaret. Neque enim ita locus Ciceronis est interpretandus, vt sortitionem fieri dicamus inter eiusdem tribus Centuriāve homines, qui primus rogandus esset. Nam p̄ter id, quod tot sortitiones ponere ineptum est, id uero multo est absurdius, omnes eiusdem tribus homines in cistam conici ad id modō sortiendum, quis primus esset rogādus: p̄sertim cum in eo, utrū primus an postremus suffragiū diceret, nihil interesse posset, quod ad suffragiū uim attinet. Hic etiam locus ualeat ad confirmandum id quod paulo ante diximus, Tributis comitiis non aliud fuisse rogatorem tribuum, p̄t̄er ipsum magistratum, à quo habebātur comitia. Hoc n. loco diserte ponitur ipsum Consulē Cæsarē fuisse rogatore suffragiorū iis comitiis, quibus lex lata est de remittēda publicanis tertia parte uectigalium. Atqui superiore lib. ostendimus prærogatiuē etiā Centuriāe rogatore fuisse aliū à rogatore comitiorū. Locus T. Liui est ad finem libri 10. Dec. 4, ubi loquitur de Censoribus M. Aemylio Lepido & M. Fuluio Nobiliore: Mutarunt suffragia, regionatimq; generibus hominum causisq; & quæstibus tribus descriperunt. Ac pri mū quidem quod ait Liuius mutata ab his Censoribus suffragia, non potest ad Centuriata comitia pertinere. Perspicuum n. est ex omni historia, census, ordinisq; & ætatis semper habitam rationem Centuriatis comitiis post hos Censores usque ad ætatem Ciceronis. Vnde efficiebatur semper in eadem tribu simul suffragium tulisse, qui eodem censu erat. Atqui certum est non omnes ciues, qui eodē quæstu erant in eadem Tribu, eodem cen su fuisse. In suffragiis ergo centuriatim ferendis non poterat seruari hæc descriptio per quæstus: quia non potuisset una quædam Centuria ex hominibus eundē quæstum facientibus cōfici. Quā doquidem necesse erat eiusdem Centuriāe homines eodem censu esse: cum tamen fieri non posset, ut qui eodē quæstu erant, eodem etiam censu essent. Deinde uero quō potuisset ætatis ratio haberet? Nam si in eadem tribu uarias descriptiones factas intel ligamus,

ligamus, prout diuersos quæstus facere homines eiusdem tribus
comperiebantur, easq; descriptiones Centurias quasdam fuisse di-
camus: necesse erit ut uel dicamus tot Centurias fuisse, quot erant
in quaq; tribu diuersa quæstuum genera, absque ulla ætatis iu-
niorum & seniorū distinctione: uel pro unoquoque genere quæ-
stus duas fuisse Centurias in quaq; tribu, unā iuniorum, alteram
seniorum. Veluti si sex differentias quæstus in una tribu admit-
tas, ratione ætatis necesse fuisse ponere duodecim Centurias.
Quoniam autem census quoque distinctio admittenda perinde
esset, ut ætatis, necessariò efficeretur, ut pro numero quinque clas-
sium quinques duodecim Centuriæ statuerentur. Qua ratione
fierent in una tribu sexaginta peditum Centuriæ. Quæ si in om-
nes partes absurdā sunt, relinquitur illam tribuum descriptionē,
cuius meminit illo loco T. Liuius, nihil mutasse in Centuriarum
descriptione, quæ semper Seruii instituto facta est ex ordinibus,
censu, & ætate: sed ita accipienda sunt uerba Liuii, ut dicamus eos
Censores non contentos illa, quæ iampridem post expletum tri-
gintaquinque tribuum numerum facta erat Centuriarum per tri-
bus descriptione, uoluisse etiam tribus alia quadam ratione distin-
gui: nempe generibus, causis & quæstibus: quæ hominum descri-
ptio seruaretur etiam tum cum tributim populus suffragium fer-
ret. Mutarunt igitur isti Censores suffragia, quatenus Tributis
comitiis uoluerunt distinctionem esse inter homines eiusdem
tribus, per genera, causas & quæstus: cum ante illos Censores nul-
la huiusmodi distinctio obseruaretur. Verum explicemus quid
ista tria significant: tum proprius admodum comitiorum uenie-
mus. Genera hominum distinguebantur in eo, q; alii patricii, alii
plebeii erant: & ex plebeis alii ingenui, alii libertini: omninoq;
alii nobiliores, alii ignobiliores, Generibus ergo hominum de-
scripsisse tribus isti Censores dicuntur, q; in singulis tribubus uo-
luerunt quandam esse distinctionem inter patricios & plebeios,
tum inter ingenuos & eos qui libertini generis essent. Quanquam
enim in quatuor urbanas tribus descripti essent libertini, ut do-
cet T. Liuius lib. 5. Decad. 5. & Cicero 1. de orat. attamen ex iis
quorum maiores seruitutem seruiuissent, non uullos reperimus
per rusticas tribus diffusos. Id quod ex uerbis Liui lib. 5. Dec. 5.
apparet: In quatuor urbanas tribus descripti erant libertini, præ-
ter eos q; bus filius quī quāni maior ex S. C. esset. Hæc uerba satis
ostendū libertinos, quorū filius esset quinquāni maior, ī urbanas
tribus descripto nō fuisse. Ex hāc igit̄ distinctionem per genera
hominum

F homínū in libertinos & ingenuos poterāt singulæ tribus admittere. Hanc porrò generum descriptionem Centuriis accommodare nō possis. Nam si seruata census, ordinis, ætatisq; descriotione, hanc præterea inter eiusdem tribus homines ponas generum distinctionē, oportebit patriciorū in quaque tribu quasdam esse Centurias primi census, quasdam secundi, & ita deinceps: & rursus quasdam equitum, quasdam peditum, & iuniorum seniorumq;. Quod sane absurdissimum est, præsertim cum Romæ uix tot essent omnes simul patricii, quot in una tribu ista ratione ponerentur.

G At si patriciorum unam Centuriam factam diccas in una tribu, in aliud maius incommodum recidas necesse est: nempe census, ordinis, ætatisq; omissam ab his Censoribus distinctionem in Centuriarum sua descriptione. Ista igitur hominum per genera in singulis tribubus descriptio nihil ad Centurias pertinebat. Quare cū ait Litius mutata suffragia, id nō potest ita accipi, ut rationem suffragiorum Cēturiatis comitiis mutata intelligamus. Restat igitur, ut hac descriptione dicamus mutata fuisse suffragia Tributis comitiis. Quod non potest aliter accipi, q; ut dicamus hos Censores instituisse ferendis tributum suffragiis non genera hominū confundi, ut prius: sed distinctis eorum generibus nobiles seorsum ab ignobilibus suffragium ferre. Qua ratione fiebat, ut dignitatis quidem nobiliorum hominum ratio haberetur, quando non in cætera turba suffragiū dicebant, sed seorsum ac per seinterim tamen quod ad uim suffragiorum attinet, non esset maior eorum potestas quam prius. Quandoquidem tribus ea tandem renunciaretur sententia, in quam plures cuiusque generis inclinassent: ac numeri, non dignitatis suffragantium hac in re habebatur ratio.

H Causarum & quæstuum distinctionem in eo ponendam esse existimo, quod ex plebeis adeoq; ingenuis hominibus eiusdem tribus alii essent, qui suo quodam quæstu uiuerent exercendis quibusdam artibus, unde quæstum facerent: alii nobiliores essent, & suo quodam ordine censerentur: cuius generis erant Senatores, Publicani, Scribæ, Tribuni ærarii, Agricolæ: quorum ordo erat ea dignitate, ut causis potius distingui quam quæstu dicerentur. Senatores publico consilio præerant. Nominē autem Senatorum comprehendō Decuriones coloniarum, & municipiorum. Publicani redēptores publicorum uectigalium erant. Scribæ in actis publicis scribendis uersabantur. Tribuni ærarii in procuratione attributæ pecuniae. Quia ergo publica negotia gererent inter se diuersa, ideo-

K

ideo causis, hoc est negotiis, distinguuntur. Lictores, praecōnes, fabri, iibicines, argentarij, nummularii, aliiq; qui artes exercebant inter ciues Romanos receptas, quæstibus distinguuntur. Dux autem artes receptas, quia ut testatur Diony. lib. 2. & 9. Romanis ciuib; non licebat artes sellularias, & quas uocant manuarias, exercere. Voluerunt igitur hi Censores in singulis tribub; distinctionem esse inter ex causis & quæstibus, hoc est pro ratione negotiorum quibus gerendis occupati essent, & pro ratione quæstus quem ex sua quadam arte facerent. Itaque seorsum uoluerunt descriptos esse in quaque tribu Senatores, Publicanos, Scribas, Agricolas, Tribunos ærarij: in quibus causarum distinctionē pono. Itemq; separatim descripserunt reliquos ciues pro ratione quæstus quem singuli facerent. Ac distinctionem quidem hanc etiamnum ætate Ciceronis obseruari solitam hinc intelligi potest, quod ordinis publicanorum, scribarum agricolarumq; sœp; meminit, quasi de distinctis ordine ciuib;. Tum uero etiam Tributis comitiis quandam huiusmodi distinctionem obseruari solitam ex Cæli epist. 4. ad Ciceronem colligi potest. Cum enim Cælius illic mentionem faciat de comitiis Tributis, quibus Dolabella factus est. Quindecimuir, de equitu suffragio ita scribit: Et Hercules nisi nostri equites acutius uidissent, pene concedente aduersario superasset. Hoc est, ut ego interpretor, nisi equitum fauor in Dolabellam inclinasset, Lentulus competitor, uel ipsius Dolabellæ cōcessione, superasset. At enim his comitiis quomodo equitum suffragium distinguiri potuit à re liquorum suffragiis, nisi in singulis tribub; quæ uocatae sunt ad dandum Dolabellæ hoc sacerdotium, seorsum equites suffragium dicebant? Atqui ea Ciceronis ætate equitum ordo in publicanis consistebat, ut docet Plinius lib. 33. cap. 2. Iudicū autem appellatione separari eum ordinem primi omnium instituere Gracchi, discordi popularitate in cōtumeliam Senatus. Mox ea debellata auctoritas nominis, uario seditionum euentu circa publicanos substituit, & aliquandiu tertiae uires publicani fuere. M. Cicerō demum stabiliuit equestre nomen in Consulatu suo, ei Senatum concilians, ex eo se ordine profectum esse celebrās, & eius uires peculiari popularitate quætens. Et Cicerō pro Pl. ita scribit: Adiungam etiam si uis, id quod tu etiam huic obesse putas, patrem publicanum. Qui ordo quanto adiumento sit in honore quis nescit? Flos enim equitum Romanorum, ornamen tum ciuitatis, firmamentum Reipub. publicanorum ordine

con-

Fcontinetur. Ego igitur post illos Censores ita existimo Tributis comitiis suffragium ferri solitum, ut distinctio esset generum, causarum, & quæstuum: ut seorsum quidem cum tribus uocata erat, suffragium dicerent patrich quotquot in ea tribu erant, qui uoluissent comitiis interesse, tum Senatores, deinde publicani, mox Tribuni ærarii, deinde Scribæ, post Agricolæ: eodemq; modo in quæstuum distinctione. Id quod, quemadmodum supra significavi, eo institutum erat, ut dignitatis ratio quædā haberetur distinctis hoc modo eiusdem tribus hominibus: quod effectum esset, ut pares cum paribus coniungerentur, ac non ita confuse absqueullo discrimine suffragium dicerent: non autem, ut uis suffragiorum penes alios esset quām prius. Nam etiam tum una tribus unum suffragium habebat, ac non tot suffragia quot erant hominum distinctiones in quaque tribu: multo se-
cūs quām in Centuriatis, in quibus tot habebat quæque tribus suffragia, quot erant in quaque Centuriæ. Huc pertinet quod scribit Dion 38. libro, de Q. Fusio Caleno Prætore eo anno quo Cæsar primum Consul fuit, loquens his uerbis: Cum ani-
maduertislet Q. Fusius Calenus confundit omnium simul suf-
fragia, atque inde fieri, ut de suffragiorum euentu singula genera
ita inter se contendenter, ut quod recte statutum esset, id suo suf-
fragio factum dicerent: quod uero male, in alios suffragiorum
abliuditatem reiicerent: legem Prætor tulit, ut seorsum singuli
suffragium dicerent, quo tandem dignosci possent sententiae, nō
singulorum quidem hominum (quod occulte semper siebat)
sed certe singulorum generum. Ex iis Dionis uerbis apertum
est etiam ante hanc legem Fusiam fuisse in singulis tribubus di-
stincta quædam hominum genera, quos ego ordines quosdam,
& quasdam distinctiones, quæ cædem essent, aut non valde ab-
similes iis, quas à Censoribus illis factas scripsimus, interpretor.
Ac uoce quidem cum suffragium ferrebat, quia seorsum singu-
lae illæ distinctiones suffragium dicebant, non poterat esse igno-
rum quid singulæ sentirent. Ac legibus tabellarijs perlatis, tam-
etsi adhuc distincti essent eodem modo homines eiusdem tribus
quia tamen siebat sententiarum renunciatio, nisi coniectis in ci-
stam totius tribus tabellis, propriea siebat, ut ordinum senten-
tia Tributis comitiis ignota esset: una oriebatur inter ordines
contentio, quam sua lege sustulit Calenus. Constituit enim, ut
singulorum ordinum suffragia seorsum renunciarentur, ut ita
quæ esset sententia singulorum dignosci posset. Nec minus ta-

Geffectum esset, ut pares cum paribus coniungerentur, ac non ita confuse absqueullo discrimine suffragium dicerent: non autem, ut uis suffragiorum penes alios esset quām prius. Nam etiam tum una tribus unum suffragium habebat, ac non tot suffragia quot erant hominum distinctiones in quaque tribu: multo se-
cūs quām in Centuriatis, in quibus tot habebat quæque tribus suffragia, quot erant in quaque Centuriæ. Huc pertinet quod scribit Dion 38. libro, de Q. Fusio Caleno Prætore eo anno quo Cæsar primum Consul fuit, loquens his uerbis: Cum ani-
maduertislet Q. Fusius Calenus confundit omnium simul suf-
fragia, atque inde fieri, ut de suffragiorum euentu singula genera
ita inter se contendenter, ut quod recte statutum esset, id suo suf-
fragio factum dicerent: quod uero male, in alios suffragiorum
abliuditatem reiicerent: legem Prætor tulit, ut seorsum singuli
suffragium dicerent, quo tandem dignosci possent sententiae, nō
singulorum quidem hominum (quod occulte semper siebat)
sed certe singulorum generum. Ex iis Dionis uerbis apertum
est etiam ante hanc legem Fusiam fuisse in singulis tribubus di-
stincta quædam hominum genera, quos ego ordines quosdam,
& quasdam distinctiones, quæ cædem essent, aut non valde ab-
similes iis, quas à Censoribus illis factas scripsimus, interpretor.
Ac uoce quidem cum suffragium ferrebat, quia seorsum singu-
lae illæ distinctiones suffragium dicebant, non poterat esse igno-
rum quid singulæ sentirent. Ac legibus tabellarijs perlatis, tam-
etsi adhuc distincti essent eodem modo homines eiusdem tribus
quia tamen siebat sententiarum renunciatio, nisi coniectis in ci-
stam totius tribus tabellis, propriea siebat, ut ordinum senten-
tia Tributis comitiis ignota esset: una oriebatur inter ordines
contentio, quam sua lege sustulit Calenus. Constituit enim, ut
singulorum ordinum suffragia seorsum renunciarentur, ut ita
quæ esset sententia singulorum dignosci posset. Nec minus ta-

Hmaduertislet Q. Fusius Calenus confundit omnium simul suf-
fragia, atque inde fieri, ut de suffragiorum euentu singula genera
ita inter se contendenter, ut quod recte statutum esset, id suo suf-
fragio factum dicerent: quod uero male, in alios suffragiorum
abliuditatem reiicerent: legem Prætor tulit, ut seorsum singuli
suffragium dicerent, quo tandem dignosci possent sententiae, nō
singulorum quidem hominum (quod occulte semper siebat)
sed certe singulorum generum. Ex iis Dionis uerbis apertum
est etiam ante hanc legem Fusiam fuisse in singulis tribubus di-
stincta quædam hominum genera, quos ego ordines quosdam,
& quasdam distinctiones, quæ cædem essent, aut non valde ab-
similes iis, quas à Censoribus illis factas scripsimus, interpretor.
Ac uoce quidem cum suffragium ferrebat, quia seorsum singu-
lae illæ distinctiones suffragium dicebant, non poterat esse igno-
rum quid singulæ sentirent. Ac legibus tabellarijs perlatis, tam-
etsi adhuc distincti essent eodem modo homines eiusdem tribus
quia tamen siebat sententiarum renunciatio, nisi coniectis in ci-
stam totius tribus tabellis, propriea siebat, ut ordinum senten-
Itia Tributis comitiis ignota esset: una oriebatur inter ordines
contentio, quam sua lege sustulit Calenus. Constituit enim, ut
singulorum ordinum suffragia seorsum renunciarentur, ut ita
quæ esset sententia singulorum dignosci posset. Nec minus ta-

men eo modo erat una unius tribus sententia: siquidem ad extre-
 mum non spectaretur quid plures ordines sensissent, sed quid
 plures omnino homines eiusdem tribus iussissent. Ac de his qui
 dem satis: nunc propria singulorum generum persequamur. In
 magistratuū comitiis Tributis tot dabantur tabellæ, quot erant
 candidati, quorum nomen receptum esset, & quoniam 35. tantū
 tribus erant, oportebat decem & octo tribus ferre quēque can-
 didatum, ut à maiore parte populi creatus diceretur. Ut autem
 quisque prior eum numerum tribuum tulerat, ita prior renūcia-
 batur. Cumq; tot creati erant, quot ex lege in eo magistratu esse
 oportebat, tum finis siebat comitiis. Veluti Aediliis comitiis
 quia duo tautum creandi erant, statim ubi ex omni candidato-
 rum numero duo ab octodecim tribubus facti Aediles erant,
 finis siebat uocandarum tribuum. Ac si consensissent in eo illæ
 octodecim tribus, quæ primæ sorte exierant ad suffragium fer-
 dū, reliquæ tribus non uocabantur: si variassent octodecim illæ
 tribus, quia alios candidatos aliae tribus fecissent, tū eousque uo-
 candæ erant tribus, dum legitima suffragia duo consecissent, hoc
 est, donec duo ab octodecim tribubus creati Aediles essent. Qd
 autem in duobus Aedilibus dixi, idem in decem Tr. pl. & uigin-
 ti Quæstoribus, & uiginti quatuor Tribunis militaribus, & aliis
 quotquot creādi essent ordinariis extraordinariisve magistrati-
 bus, dicendum est. Verū enim uero in Tribunorum pl. renun-
 ciatione primis quidem temporibus id proprium erat, ut si eue-
 nisset ex numero candidatorum decem non consecisse legitima
 suffragia, tum ab iis qui legitima suffragia confecerant, coopta-
 bantur absque suffragio populi, quot erant necessarii ad perficien-
 dum numerum decem Tribunorum. Id quod ex Liuiu demon-
 strari potest, cuius hæc uerba sunt lib. 3. Decad. 1. M. Duilius
 comitia habuit. Et quinque Tribunis pl. creatis, cum præstudijs
 aperte petentium nouem Tribunorū alij candidati tribus nō ex-
 plerent, concilium dimisit, nec deinde comitorum causa habuit.
 Satisfactum legi aiebat, quæ uúmero nusquam præfinito Tribu-
 nis, modo ut relinquerentur, sanciret: & ab iis qui creati essent co-
 optari collegas iuberet. Recitatbatq; rogationis carmen. Si Tri-
 bunos pleb. decem rogabo, si qui uos minus hodie decem Tri-
 bunos pleb. fecerint, hi tum utique, quos sibi collegas coopta-
 sent, ut illi legitimi eadem lege Tr. pl. sint ut illi quos hodie Tri-
 bunos pl. feceritis. Ex iis Liuii uerbis apparet primis tēporibus
 eam fuisse rationem Tribunos pleb. creandi, quam diximus.

Verū

- F** Verum ea ratio lege à L. Trebonio Tribuno pleb. lata, anno proxi-
mo postquam hæc quæ de M. Duillio diximus gesta erant,
mutata est: ut idem T. Livius paulò post scribit: L. Trebonius
Trib. pl. rogationem tulit, ut qui plebem Romanam Tribunos
pl. rogaret, is usque eo rogaret, dum decē Tribunos pl. ficeret. Hac
lege cooptationem sublatā esse apertum est. Vnde apparet post
eam legem si accidisset Tribunos pl. ad numerū legitimū factos
non esse, reuocandas fuisse tribus ad suffragium, eosque dum de-
cem Tribuni pl. creati essent. Et Appianus lib. 1. bell. ciui. scri-
G bit, C. Gracchum secundum Tribunatum obtinuisse per legem
quandam, qua cauebatur, ut si quis ex candidatis legitima suffra-
gia non consecisset, tum liberum esset plebi quem uellet Tribu-
num pl. nominare. Vnde intelligi potest, illis comitiis accidisse,
ut unus quidam ex candidatis tribus non expleret: idq; occasio
nem plebi dedisse, ut omissis candidatis C. Gracchum non peten-
tem, ut asserit Plutarchus, cuiq; ex lege non licet eundem ma-
gistratum continuare, nihilominus Tribunum pleb. crearet. Por-
tò autem tribus non explore eodem modo interpretandum est,
H quo suprà interpretari sumus Centurias non explore. Quando
enim ita uarie in candidatos fauor inclinabat tribuum, ut omnes
candidati tribus quasdam ferrent, sed quæ tamen ad eum nume-
rum in quibusdam candidatis non peruenirent, ut plures tulisse
hi dicerentur quām illi: tum non explesse tribus dicebātur. Quæ
oīa apertiora fient exēplo subiecto. Ponamus duodecim Tribu-
natus competitores. Si in nouē candidatis conueniant octode-
cim tribus ut illi sēper plura suffragia habeāt q; reliqui tres: in re
liquis uero tribus ita uariæ sint, ut singulis senas tribus fuerant:
I post suffragium octauæ & decimæ tribus renunciatum, eā certū
erit nouem creatos Tribunos pleb. quia octodecim tribu maior
pars tribuum sint. Ex quo sequitur, hos nouem candidatos iam
consecisse legitima suffragia. Restabit igitur creandus ex reli-
quis tribus candidatis decimus Tribunus pleb. Quod si uocan-
dis reliquis septendecim tribubus accidat ita rursus uariare tri-
bus, ut suas quasdam tribus singuli ferant, hic rursus consideran-
dus est numerus tribuum, quas quisque feret. Nam si unus ad
sex, quas habebat tribus, adiiciat maiorem numerum quām reli-
K qui duo, ueluti si septem uuus ferat, cum reliqui duo singuli qui-
nas tantum tulerint: tum sane iis qui tredecim tribus tulit, renun-
ciabitur Tribunus: quia uerum sit plures tribus hunc tulisse q;
reliqui duo, qui singuli undecim tantum tulerunt. In qno obiter
anis

animaduertendum est, hoc quidem modo Tribunum fieri, qui A.
 non octodecim tribus tulit, sed qui comparatione tantum aliorū
 candidatorum plura habuit suffragia. Sin accideret, ut duo rursus
 senas tribus singuli ferrent, tertius uero quinque tantum, quia pares
 erant suffragis illi duo qui plures tribus tulerant, neuter poterat Tribunus declarari: quo casu dicebantur illi tribus non explere. Itaque reuocandæ erant tribus ad creandum decimum Tribunum pl. Ad huius exempli similitudinem multa alia singi possunt. Veluti si in septem candidatis ita uariasse tribus ponas ut singuli quinas habeant tribus, tum nemo eorum renunciari B.
 poterit. Neque uero hac tantum tribuum paritate id accidere poterat, sed etiam si accidisset, ut paria haberent in tribibus suffragia duo, tresve, aut etiam plures candidati: quia in qua tribu paria habent suffragia candidati, eam nemo eorum tulisse dicetur. Quibus ergo casibus non confecerant candidati Tribunitii legitima suffragia, his per legem Treboniam reuocandæ erant ad suffragium tribus. Quod idem in comitiis Aedilium non fiebat. Nam si quando accidisset pares suffragis esse candidatos, non reuocabantur tribus, sed sorte decernebatur cui cederet magistratus. Id quod ex Cicerone demonstrari potest: cuius haec uerba sunt pro Plancio: Neque. n. unq; maiores nostri sortitionem constituisserint Aedilitiam, nisi uiderent accidere posse, ut competitores pares suffragiis essent. Porro autem quod Cicero in paritate suffragiorum nominatim Aedilitiam sortitionem ponit, argumento esse uidetur, non fuisse eadem in ceteris magistratibus rationem. Itaque Quæstoriis comitiis hoc casu idem factitari solitum existimo, quod in Tribunitiis, ut reuocarentur potius, tribus, quam ut sorti committeretur. In Tribunorum uero militarium comitiis, si ad legitimum numerum non peruererat qui creati erant, Consulis, ut opinor, hac in re iudicio stabatur. Erat enim is magistratus quem Consul creare posset. Nam qui Rufi appellabantur, omnes ab imperatoribus non à populo creabantur. In extraordinariis uero magistratibus idem quod in Tr. ple. sentiendum est. Id enim totum sui iudicii esse populus uolebat, ut Cicero indicat in sec. orat. in Rull. Etenim cum omnes potestates, imperia, curationes ab uniuerso po. Ro. proficisci coenit, tñ eas profectò maxime quæ constituuntur ad populi fructum aliquem & commodum. In legum comitiis Tributis idem modus omnino, qui Centuriatis, ieruabatur. Quod uero attinet ad comitia iudiciorum, eam Cicero pro domo sua docet fuisse rationem, C.

D. In extraord. comitiis hoc casu idem factitari solitum existimo, quod in Tribunitiis, ut reuocarentur potius, tribus, quam ut sorti committeretur. In Tribunorum uero militarium comitiis, si ad legitimum numerum non peruererat qui creati erant, Consulis, ut opinor, hac in re iudicio stabatur. Erat enim is magistratus quem Consul creare posset. Nam qui Rufi appellabantur, omnes ab imperatoribus non à populo creabantur. In extraordinariis uero magistratibus idem quod in Tr. ple. sentiendum est. Id enim totum sui iudicii esse populus uolebat, ut Cicero indicat in sec. orat. in Rull. Etenim cum omnes potestates, imperia, curationes ab uniuerso po. Ro. proficisci coenit, tñ eas profectò maxime quæ constituuntur ad populi fructum aliquem & commodum. In legum comitiis Tributis idem modus omnino, qui Centuriatis, ieruabatur. Quod uero attinet ad comitia iudiciorum, eam Cicero pro domo sua docet fuisse rationem, E.

Fnem, ut nemo nisi prædicta die accusaretur: tum ut magistratus reum antè accusaret, quām mulcta irrogaret: hac uero irrogata trinundino prodenda erat dies, qua ad populum mulcta certa da esset: quæ dies cum aduenisset, quarta accusatio fiebat à magistratu. Cætera quæ ad modum iudiciorum attinent, possunt ex T. Liuio colligi ubi de iudicio P. Africani scribit lib. 8 Dec. 4. & ex aliis Ciceronis locis, cū dies dicendæ cause aduenerat, atratus reus, &, ut ait Cicero, sordidatus barba, & capillo promisso (hic enim reorum habitus esse solebat) à magno amicorum item atra

Gtorum comitatu in forum deduci solebat. Magistratus interim in rostris sedebant, reus sub rostris stabat, populus ante rostra in comitio erat Plutarchus enim in uita Gracchorum ostendit sic rostra fuisse ædificata, ut qui inde conciones haberent, comitiū & curiam spectarent: sed ita tamen, ut etiam liceret in forum se conuertere: sicut factitasse Caium Cracchum memorie mandauit. Quia igitur comitium foro iunctum erat, propterea fori nomine sæpe etiam comitium, ut eius pars quædam comprehendebatur. Sed hæc obiter dicta sint. Preco interim cùm magistratus iusserrat, ex rostris reum citabat. Qui si uellet pro se dicere, in rostra ascendebat, ut inde orationem haberet ad populum. Si per alium se uellet defendere, is item iussu magistratus in rostra ascendebat, reumq; defendebat. Quòd si orationibus tempus usque eo cōsumeretur, ut non satis uideretur restare temporis, quo ante noctem peragi comitia possent, dies producebatur: hoc est, in alium comitialem diem disterebatur populi iudicium. Qui dies cum uenisset, idem quod priori die peragebatur: nisi q; spatiū dicendi fere magistratus constituebant. Cum dicendi finem

Itrinque fecissent, populus in suffragium mittebatur. In quo nō eadem dabantur tabellæ, quæ iudicibus, condemnandi, absoluendi & ampliandi, sed quales in legibus ferendis, Vti rogas, &, Antiquo: lege enim lata mulcta dicebatur. quæ lex si à populo acciperetur, tantæ pecuniae damnatus erat reus, quanta erat mulcta quam dixerat magistratus: si populus antiquaret, absolviebatur. Neque uero ex eo, quod supra rostra comitiumq; appellauimus in iudicio populi describendo, existimandum est, eo tantum in loco comitia de mulcta haberi. Nam aliis quoque in locis habe

Kri postea demonstrabimus: sed quia eo in loco sæpius id usuueriebat, propterea eum locum potissimum accepimus: sed ita ut de aliis locis idem uellemus quod de hoc intelligi. Ad modum etiam horum comitiorum pertinet, quod Cicero ita scribit pro domo

domo sua: Deniqe si quas res illum diem aut auspiciis aut excusa
tione sustulit, tota causa iudiciumqe sublatum est. Ex hoc enim lo-
co apparet in reorum fauorem proprie institutas fuisse has duas
rationes effugiendi iudicij: quarum una erat in auspiciis, quae si
diem iudicij diffunderent, totum iudicium sublatum erat, benigna
scilicet uoluntatis deorum interpretatione, quasi nolent omni-
no de hoc reo damnando cum populo agi, quādō bona auspicia
non dedissent. Altera causa erat in excusatione legitima: quae si
die iudicij obtendi poterat, tota causa (inquit) Cicero tollebatur:
ita ut reus non posset hoc nomine causam dicere, nisi renouato
de integro toto iudicio, perinde ac si nihil priore actum esset.
Erant autem excusationes legitimæ, morbus: quomodo excusa-
tum dicit fuisse P. Africanum T. Liuius: exilium uoluntarium,
quomodo Cælo Quintius excusatus est. De quo Liuius libro
3. Decad. 1. ita scribit: Iudicij die cum excusaretur solum uertis-
se exilii causa, nihilominus Virginio comitia habente, collegæ
appellati dimisere concilium. Item funeris familiaris procuratio,
aliæqe huīus generis quæ ex iure ciuili colligi possunt. Quod ue-
rò attinet ad sacerdotum comitia, in his id iam diximus pro-
prium fuisse, quod septendecim tantum tribuum suffragio staretur,
earum quibus id sorte obtigeret. Itaqe propter incertum sortis
beneficium omnes tribus conueniebant, ut nulla se exclusam
conqueri posset: sed in sortem tantum id reicere poterant, quæ
in suffragium uocatæ non erant. Statim ergo, ut unus cōpetitorū
nouem tribus tulerat, sacerdos renūciabatur. Aut si ita variasset
tribus, ut nullus competitorū nouem ferret tribus, tum qui plu-
res tulerat, reliquos superabat. Sin suffragiis pares essent, tum re-
uocari tribus oportuisse existimo: nisi potius hac in re collegij
iudicio staretur, ut is sacerdos esset, quē potissimum cooptassent.
Nec uero hoc loco est omittendus Ciceronis locus in 2. Phil. p.
in quo ita scribitur: Quo enim tēpore me augurem à toto colle-
gio expetitum Cn. Pompeius & Q. Hortensius nominauerunt,
(neque enim licebat à pluribus nominari) nec tu soluendo eras,
nec te ullo modo nisi cuetsa Repub. fore incolumem putabas.
Alius est locus in principio Brutij, ubi de Q. Hortensi defuncto
ita loquitur: Et interitu talis auguris dignitatem nostri collegij
diminutam dolebam. Quia in cogitatione & cooptatum me ab
eo in collegium recordabar, in quo iuratus iudicium dignitatis
meæ fecerat: & inauguratum ab eodem, ex quo augurum insti-
tutis in parentis eum loco colere debebam. In his duobus locis

Q

multa

- F** multa obseruari possunt, quae ad modum creandorum sacerdotum pertinent. Primum quod nominatio erat necessaria iis, qui petitionem sacerdotii profiteri uolebant. Id quod ex ep. M. Brutii ad Ciceronem, cuius initium est, Bibulus, confirmari potest. Rogat enim Brutus Ciceronem, quoniam in locum Panisæ demortui auguratum petere constituerat Bibulus, ut nominationem ei concederet. Verba Brutii haec sunt: In Panisæ locum petere constituit. Eam nominationem à te petimus. Neque coniunctiori dare beneficium, quam nos tibi sumus, neque dignorem nominare potes quod Bibulum. Eodem pertinet, quod primo ad Herennium ita scribitur: Altera lex iubet augurem in demortui locum in concione nominare. Ex his perspicuum est petitionem sacerdotii neminem profiteri potuisse, qui non sibi aliquem ex collegio conciliasset, à quo in concione nominaretur. Tum illud animaduertendum est, quod ait non licuisse, ut quis à pluribus quam duobus è collegio nominaretur. Porro autem ex uerborum contextu colligo satis quidem fuisse ab uno nominari, sed non licuisse, ut à pluribus quam duobus nominaretur. Nam quod unus Cicero à Bruto rogatur ad nominandum Bibulum: quodquod Cicero id quasi singulare aliquid adscribit, quod à duobus nominatus est, argumento esse potest satis quidem fuisse ab uno nominari, sed lege cautum fuisse, ut ne à pluribus quam duobus quis nominari posset. Illud quoque notandum, quod ait iuratum Hortensium suæ dignitatis iudicium fecisse: ex quo colligi potest, oportuisse eum qui aliquem nominaret, publicè iurare dignum esse, eum quem nominaret eo sacerdotio de quo ageretur. Quod ego iuramentum eo institutum fuisse puto, ne quem suffragus suis populus indicet. Postremò illud non est omittendum, quod ait Cicero, se ab Hortensio inauguratum. Hanc uero inaugandi rationem communem fuisse omnibus sacerdotiis ex Lilio intelligi potest: apud quem passim inaugandi uerbū repetitur, ubi de sacerdotum in locum demortuorum suffectione mentio est: sumitur quod fere apud eum pro eodem, crare sacerdotes, & inaugurate sacerdotes. Inaugurati autem propriè dicebantur sacerdotes, quando adhibitis ad deos consulendos auguribus, pronunciati erant diis ad fugendum sacerdotium. Atque ante legem quidem Domitiam omnino cooptabatur in collegium, qui inaugurate erat. At post legem Domitiam omnes competitores inaugurate esse oportebat, sed is solum cooptabatur, quem populus creasset. Nam si in quibus sacerdotiis ante legem Domitiam

A

tiam populi suffragio opus erat, in iis post competitorum inaugurationem, populi habebantur comitia, quemadmodum nos suprà ostendimus in Regis sacrorum ac Flaminum creatione: pari profecto ratione dicendum est in his creandis sacerdotibus, qui lege Domitia suffragiis populi fieri coeperunt, inauguri antè competitores oportuisse, quām de his comitia haberētur. Si enim post comitia iis inaugurandis auspicia captanda fuissent, illis non addicentibus cooptari non potuisset quem populus creasset, nec fuisset necesse hac in re stare populi iudicio. Ac si forte euenisset, ut post comitia in uno qui creatus esset, auspicia non addixissent, rursus ad creandum alterum habenda fuisset comitia. In quo si rursus euenisset auspicia non bona esse, iterum uocanda fuissent comitia. Idemq; dici potest in tertio & quarto competitor, si (ut usuuenire poterat) tot esse accidisset. Hac igitur ratione efficiebatur, vt bis ter quaterve frustrā populus in suffragium mitte retur ad unum sacerdotem creandum. Quod sane est absurdissimum. Itaque dicendum est, inaugurationem quidem fieri antequam populus in suffragium mitteretur: sed quia non alios populus crebat, quām qui ab aliis sacerdotibus inaugurati essent, ita ut iudicium sacerdotum populus confirmare tantum uideretur, idcirco factum est, ut apud Latinos auctores totum hoc creandorum sacerdotum negotium, uerbo inaugurandi contineretur: ita ut inauguratum fuisse aliquem sacerdotem dicant, cum factum fuisse sacerdotem dicere uolunt. Post dicta suffragia, in magistratum creatione eadem fere quæ post Centuriata, siebant. Postquam enim à præcone & à magistratu renunciati erant, quos populus crearat, domum à frequenti amicorum comitatu deducebantur. Post legum comitia id modo restabat, ut publicarentur. Id quod æneis tabulis per fora & templa fixis fieri solebat. Tacitus lib. 11. A spiciuntur etiam nunc in ære publicandi plebiscitiis per fora ac templa fixo. In iudiciorum uero comitiis si damnatus erat reus, illico prædes dare soluendæ mulctæ cogebatur: alioqui in vincula duci iubebatur à magistratu. Id quod ex historia L. Scipionis Asiatici intelligi potest, apud A. Gellium libro septimo c. 19. & T. Liuium lib. 8. Decad. 4. Atque illa quidem de modo comitorum sufficient. De loco paucा dicamus.

C

D

E

F

De loco Tributorum comitiorum.

Cap.

v.

TRIBVTRIS comitiis vocandis non erat unus destinatus locus, quemadmodum Centuriatis: quia religio non erat, extra nemus intra pomorum haberentur. Ac magistratum quidem comitia Tributa fere in campo Martio habebantur. Cicero ad Attic. prima epist. In capitulo comitiorum Tributis ad 16. Cal. Sext. Et lib. 4. epist. ad Att. in epist. De Eutychide, cum de ambitu candidatorum Consularium & Tribunitiorum scribere ad Atticum incipit, his verbis utitur: Sequere nunc me in campum. De Quæstoriis uero comitiis idem Cicero ad Curiu scribens lib. 7. Epist. Fam. In campo certe non fuisti, cum hora secunda comitiis Quæstoriis institutis. Aedilium autem comitia quæ in capitulo haberentur, ex epist. ad Att. lib. 4. cuius initium est, Auere te certo scio, intellegi potest. Illic enim Cicero loquens de comitiis, quibus Aedilis fieri uolebat Clodius, ita scribit: Nisi Milo in campum obnunciasset, comitia futura erant ante diem duodecimum Gal. Decemb.

HILO ante medianam noctem cum magna manu in campum uenit. Clodius cum haberet fugitiuorum delectas copias, in capum ire non est ausus. Quin tamen alibi etiam hæc comitia haberi possent, negari non potest. Nam post electos Decemviro, cum Tribunorum pl. habuit comitia Q. Furius Pont. max. ea habitare fuisse in pratis Flaminii, qui post fuit circus Flaminius, T. Livius lib. tertio Dec. 1. scribit. In Capitolio habebantur comitia, quibus iterum Tribunus pl. creari uolebat Tib. Gracchus, aucto ribus Appiano & Plutarcho. Sed & comitia Aedilium quæ in foro, adeoque in comitio haberi possent, uerba Ciceronis ex eadem epist. lib. 4. ad Att. ostendunt: Metellus tamen postullat, ut sibi posterio die in foro obnuncietur. Nihil esse quod in campum nocte ueniretur: se hora prima in comitio fore. Itaque ante diem undecimum Cal. in comitium Milo de nocte uenit. Quod uero extraordinarii magistratus alibi quam in campo creari possent, argumento esse potest, quod in Capitolio creati sunt Triumviri agrarii ex lege Tiberii Gracchi. Cicero. n. lib. 1. de Nat. deorum scribit M. Octavianum Tribunatu priuatum à Gracco fuisse in Capitolio. Et Appianus Plutarchus quæ eodem ipso loco statim creatos fuisse Triumviro scribunt. Legum comitia plurimum in comitio haberi solita uel hinc intelligi potest, quod Cicero in oratione Rabirio Posthumo indicat, ex Rostris leges ferri solitas.

I In comitio haberi possent, uerba Ciceronis ex eadem epist. lib. 4. ad Att. ostendunt: Metellus tamen postullat, ut sibi posterio die in foro obnuncietur. Nihil esse quod in campum nocte ueniretur: se hora prima in comitio fore. Itaque ante diem undecimum Cal. in comitium Milo de nocte uenit. Quod uero extraordinarii magistratus alibi quam in campo creari possent, argumento esse potest, quod in Capitolio creati sunt Triumviri agrarii ex lege Tiberii Gracchi. Cicero. n. lib. 1. de Nat. deorum scribit M. Octavianum Tribunatu priuatum à Gracco fuisse in Capitolio. Et Appianus Plutarchus quæ eodem ipso loco statim creatos fuisse Triumviro scribunt. Legum comitia plurimum in comitio haberi solita uel hinc intelligi potest, quod Cicero in oratione Rabirio Posthumo indicat, ex Rostris leges ferri solitas.

K In comitio haberi possent, uerba Ciceronis ex eadem epist. lib. 4. ad Att. ostendunt: Metellus tamen postullat, ut sibi posterio die in foro obnuncietur. Nihil esse quod in campum nocte ueniretur: se hora prima in comitio fore. Itaque ante diem undecimum Cal. in comitium Milo de nocte uenit. Quod uero extraordinarii magistratus alibi quam in campo creari possent, argumento esse potest, quod in Capitolio creati sunt Triumviri agrarii ex lege Tiberii Gracchi. Cicero. n. lib. 1. de Nat. deorum scribit M. Octavianum Tribunatu priuatum à Gracco fuisse in Capitolio. Et Appianus Plutarchus quæ eodem ipso loco statim creatos fuisse Triumviro scribunt. Legum comitia plurimum in comitio haberi solita uel hinc intelligi potest, quod Cicero in oratione Rabirio Posthumo indicat, ex Rostris leges ferri solitas.

K In comitio haberi possent, uerba Ciceronis ex eadem epist. lib. 4. ad Att. ostendunt: Metellus tamen postullat, ut sibi posterio die in foro obnuncietur. Nihil esse quod in campum nocte ueniretur: se hora prima in comitio fore. Itaque ante diem undecimum Cal. in comitium Milo de nocte uenit. Quod uero extraordinarii magistratus alibi quam in campo creari possent, argumento esse potest, quod in Capitolio creati sunt Triumviri agrarii ex lege Tiberii Gracchi. Cicero. n. lib. 1. de Nat. deorum scribit M. Octavianum Tribunatu priuatum à Gracco fuisse in Capitolio. Et Appianus Plutarchus quæ eodem ipso loco statim creatos fuisse Triumviro scribunt. Legum comitia plurimum in comitio haberi solita uel hinc intelligi potest, quod Cicero in oratione Rabirio Posthumo indicat, ex Rostris leges ferri solitas.

fas. Verba eius ad equites Rom. hæc sunt: Si iam uobis nunciare A
 tur in Senatus sententias dici, ut his legibus tenerem ini, cōcurrent
 dum ad Curiam putaretis: si lex ferretur, conuolaretis ad Rostra.
 Erant autem Rostra, tribunal aut suggestus, unde conciones fe-
 rē habebantur: sic dicta à rostris nauium, quæ huic erant præ-
 fixa. Plinius lib. 16. cap. 14. Antea rostra nauium Tribunali præ-
 fixa foro decus erant: ueluti populo Romano ipsi corona impo-
 sita. Et Livius lib. 8. Decad. 1. Naves Antialium partim in naua-
 lia Romæ subductæ, partim incensæ: rostrisq; earum suggestum B
 in foro exterritum adornari placuit: Rostraq; id templum appellatum.
 Erant autem Rostra, ut ait Asconius, ad Comitium, pro-
 pe iuncta Curiae. Itaque cum ex Rostris conciones habebantur,
 populus in comitio stabat, ut ante diximus: à quo etiam populi
 in eum locum conuentu, nomen habuit: uocaturq; à Græcis au-
 ctoribus ἐκλαντιας ιπιον. Quanquam aut hæc pars fori quedā C
 esset, concionibus populi proprie destinata: unde etiā fit, ut Plinius & Livius in foro Rostra ponant, & leges fere in foro latæ
 dicantur, quæ in comitio latæ erant, attamen cum proprie fori
 accipiebatur, diuersum erat à comitio: ut ex multis locis Cicero-
 nis & aliorum ostendi potest. Ad Heren. lib. 2. In comitio aut in D
 foro ante meridiē cauam coniūcto. Pro Sestio: Cum forum, co-
 mitium, curiamq; mulcta de nocte armatis hominibus occupa-
 uissent. Et paulò post de Q. Fratre loquitur hoc modo: Pulsus è
 Rostris in comitio iacuit. Suet. in Cæsare: Aedilis præter comitiū ac forū Basilicasq; etiā Capitolū ornauit. Qd' uero dixi co-
 mitiū locum fuisse proprie destinatum concionibus populi, non E
 ita accipi debet, quasi uelimus eō populum non conuenire soli-
 tum, nisi ut uerba ad eum ex Rostris fieret. Cicero enim in Bru-
 to minora quedam iudicia apud unum iudicem in comitio exer-
 ceri solita, ostendit his uerbis: Quare si anguste, & exiliter dicere
 est Atticorum, sint sane Attici: sed in comitium ueniant, ad stan-
 tem iudicem dicant: subsellia grandiore, & pleniorem uocem
 desiderant. His uerbis Cicero demonstrat, iudices quosdam à Prä-
 tore datos, in comitio stantes iudicare solitos. Vnde etiam (ut id
 τραπεζιδίς dicam) pedaneos iudices primum appellatos credo, F
 delegatos minorum causarum iudices, quod iudicando pedibus
 starent, ac non in subselliis sederent. Quintiam Praetorem urba
 nū in comitio ius dixisse, Plautus in Poenulo indicat his verbis:
 Nam istorum nullus nefastus, comitiales sunt meri.

Ibi habitant, ibi eos conspicias quam Praetorem sapius.

- F** Et A. Gellius lib. 20. cap. 1. Inter eos dies trinis nundinis continuis ad Prætorem in comitium producebantur: quantæq; pecunia iudicati essent, prædicabatur. Hi loci manifestò indicant Prætorem urbanum in comitio ius reddidisse, & litium etiam causa in comitium conuenire populum. Veruntamen quia Prætori urbano suum quoddam tribunal erat, in quo sedendi multis cum Prætore locus esset, ut Cicero primo de orat. ostendit, apud quem Crassus ita loquitur: Quid his paucis diebus, nonne nobis in Tribunali Q. Pompeii Prætoris urbani familiaris nostri sedētibus.
- G** In quo Tribunalis sella Curulis Prætoris statuebatur, in qua sedens ius reddebat. Propterea hoc Prætoris Tribunal ita ad comitium ædificatum fuisse existimo, ut longe à Rostris disiunctum esset: alioqui simul ex Rostris conciones haberi, & ius à Prætore reddi ex suo Tribunalis nō potuisset: quod tamen secus esse cum per se manifestum est, tum uero ostendi potest ex his uerbis Ciceronis pro Flacco: Hic in grauissima, & moderatissima ciuitate, cum est forum plenum iudiciorum, plenum magistratum, plenum optimorum uirorum & ciuium, cum speculator atque obseruat Rostra uindex temeritatis, & moderatrix officij Curia, tamen quantos fluctus excitari concionū uidetis? Quoniam ergo una ex parte Rostra comitium spectarent, ex altera parte Prætoris urbani Tribunalis, idcirco pari ratione utraque in comitio fuisse non male dici possunt. Verum redeamus unde digressi sumus. Erat igitur comitium, ea pars fori quæ potissimum concionibus, & comitiis populi destinata erat. His porro habendis comitiis septa quædam fuisse, quòd introuocarentur tribus cum suffragium inibant, cum ipsum introuocandi uerbum argumento esse potest, tum uero quod lege Maria per pontes suffragium ferri his etiam comitiis, quæ in foro habebantur, conueniebat: ut nos supra ostendimus, cum de pontibus disputauimus. Neque enim pontes intelligere possumus uiam fuisse, qua suffragatores introuocarentur, nisi in ingressu septorum quorundam hos pontes fuisse institutos concipiamus. Neque enim aliud erant huiusmodi pontes, quam angustæ quædam substructiones ex tabulatis, gradibus è solo sublatæ, ad id institutæ, ut per eas suffragium ferretur absque omni fraude ac confusione. Quod uero pontes huiusmodi in ea parte fori essent, qua erat comitium, ex eo loco Ciceronis ostendi potest, qui habetur 1. lib. ad Att. Illic enim Cicero ostendit concilium illud populi ad Rostra fuisse: unde habuit concionem ad populum Cato, & alii optimates, à quibus dimpta

rempta sunt comitia: Operæ Clodianæ pontes occuparant, tabel A
 lœ ministrabantur ita, ut nulla daretur, Vt i rogas. Hic tibi nostra
 aduolat Cato: coniunctum Pisoni Consulari mirificum facit: si id
 est coniunctum uox plena grauitatis, plena auctoritatis, plena de-
 niue salutis. Accedit eodem etiam noster Hortensius, multi p-
 terea boni: insignis uero opera Fauonii suit. Hoc concursu opti-
 matum comitia dimittuntur. Ex iis ergo locis apparet, sicut erat
 in campo Martio septa quædam, ita in comitio suis, quod intro
 uocari dicebantur qui suffragium inibant. Septorum sane quo-
 rūdam quæ in foro essent, meminit Cicero pro Sestio: Venit in B
 templum Castoris, obnunciauit Consuli: cum subito manus illa
 Clodianæ in cæde ciuium sœpe iam uictrix exclamat, incitatur,
 inuidit. Inermem atque imparatum Tribunum alii gladiis oriū
 tur, alii fragmentis septorum & fustibus. Neque uero in comi-
 tio tantum legum habebantur comitia, sed etiam interdū in Ca-
 pitolio, ut lex agraria Tib. Gracchi in Capitolio perlata est, roga-
 tio de triumpho L. Pauli in Capitolio lata est, ut scribunt Plu-
 tarach in uita Pauli & T. Liu. lib. 5. Dec. 5. Optimus de abrogā-
 dis C. Gracchi legibus in Capitolium comitia edixit, ut ait Plu-
 tarach in uita Gracchorum. Non nunquam etiam in circo Flami-
 nio comitia habebantur. Rogatio enim, quam ferebat Bibulus
 Tr. pl. de abrogando Marcello imperio, in circo Flaminio anti-
 quata est, ut scribunt Plutarch. in Marcello & T. Liu. lib. 7. De-
 cad. 3. In iudiciorum autem comitiis idem quod de legum comi-
 tis dicendum: neque enim in comitio tantum habebantur, sed
 etiam in Capitolio. Liu. enim lib. 5. Dec. 3. de comitiis agens,
 quibus de mulcta M. Posthumio Publicano irrogata populus
 indicabat, in Capitolio ea haberit scribit. Quod uero multa in co-
 mitio dici soleret, argumēto esse possunt uerba A. Gellii lib. 11.
 cap. 1. Cum autem usus, & mos sermonum is sit, ut & ita nunc
 loquamur, ut plerique ueterum locuti sunt, mulctam dixit, &
 mulcta dicta est, non ab re putauit notare quod M. Cato aliter
 dixit. Nam in quarto Originum uerba hæc sunt. Imperator no-
 ster si quis extra ordinem depugnatum iuit, ei mulctam facit.
 Potest autem uideri consulta elegintia uitasse uerbum: cum in
 castris, & in exercitu mulcta fieret, non in comitio nec ad po-
 pulum diceretur. Ac de comitiorum quidem Tributorum lo-
 co haec tenus dictum sit. Restat ut de tempore pauca dicamus.

COMMUNE omnibus comitiis erat, ut nisi comitiali die non possent haberri, ut nos supra docuimus. Id quod cum hac exceptione intellectum uolo, nisi nominatim, ut aliis etiam diebus cum populo agere sibi liceret, quisquam legem tulisset. Quod fecisse P. Clodium in Tribunatu scribit Cicero pro Sestio. Legē enim inter alias tulit, ut omnibus fastis diebus legē ferre liceret. Erat etiā hoc omnibus comitiis commune, ut cum populo agi nō liceret ante primam horam diei. Ita n. legibus cautum fuisse scribit Dion lib. 39. ubi dicit Prætorem Ser. Galbam de triūpho C. Pomptini rogationem male tulisse, quod summo mane ante primam horam diei comitia habuisset. Quòd pertinent uerba Ciceronis lib. 4. ad Att. Pomptinus uult ad quartum non. Nouēb. triūphare. Huic obuiā Cato, & Seruilius Prætores, & Q. Mutius Tr. pl. Negant. n. latum de imperio. Et est latum hercule insulse. Cum. n. lex de triumpho Proprætoris, & Proconsulis id contine re deberet, ut liceret ei qui triumpharet, cum imperio esse eo die, quo urbē ingredetur, ideo Cicero eam legem appellat de imperio: quæ lex insulse lata dicitur, quia occulite ante primam horā diei lata esset. Porro autem ut proprius tempus comitiorū definiamus, id non potest, nisi in ordinariis magistratibus fieri. Nam legum iudiciorūq; & extraordinariorum magistratuū comitia certum tempus habere non poterant: quandoquidem pro publica necessitate ac uoluntate magistratum uariis anni temporibus haberentur. Sacerdotum comitia cū erat in demortui locum sufficiendus alias, non alias habebantur: nisi aut noui instituerentur sacerdotes, aut numerus in collegiis auguretur. Ordinarii uero magistratus fere ad finem mensis Iulii, & principiū Augusti creabantur. Ac Tribunorum quidem Aediliumq; pleb. comitia prima erant: cæterorum magistratum prima erant Consularia, tum Præatoria, mox Aedilitia, post Questoria, postrema Tribunorum militum. Ac Tribunitia quidem comitia eo quo dixi tempore prima haberi Cicero in prima epist. ad Atticum indicat: In campo comitiis Tribunitiis ad 16. Calend. Sextil. Nam quod paulo post facit mentionem candidatorum Consularium illius anni, satis indicat nondum fuisse Consules creatos. At enim Cicero secunda in Verr. & in eum scribēs Asconius, ostendunt Præatoria Aedilitiaq; comitia post Consula

ria fuisse. Et Cælius ad Ciceronem scribens, indicat Tribunos A
 Aedilesq; pleb. iam creatos, cum adhuc sua comitia, quibus fieri
 Aedilis Curulis uolebat, non essent habita: ubi ostendit Calend.
 Sextil. iam fuisse creatos Tribunos pleb. Consules & Prætores,
 cum adhuc Aediles Curules creati non essent. Quod uero etiam
 hoc tempore crearentur Tribuni militares, & secunda orat. in
 Verrem intelligi potest. Cum enim nonis Augusti illa oratio
 haberetur, ut ipse Cicero testatur, in ea oratione iam designatos
 in annū sequentem magistratus fuisse ostendit: inter quos etiam
 Tribunos militares eo loco enumerat. Quod autem Quæstores B
 & Tribunos militares postremos feci, præter id quod Dion lib.
 39. diserte afferit Aediles ante Quæstores designari oportuisse,
 hac etiam ratione ducor, quod non possent minores magistra-
 tus rogari, nisi creatis maioribus. Nam quorsum minores, qui
 erant maiorum ueluti administris, creaueris, non creatis maioris-
 bus. Aut si accidisset creatis minoribus maiorum impediri co-
 mitia, quomodo summa Repub. poterat in minorum magistra-
 tum potestatem deuenire? Hoc igitur quo dixi ordine, & eo tē-
 pore creari magistratus solebant, nisi aut obnunciationibus,
 aut intercessionibus differentur comitia. Verū ista de his tem-
 poribus intelligi debent, quibus Calend. Ian. magistratibus ini-
 batur. Nam superioribus ætatibus creatio magistratum (præ-
 ter Tribunos Aedilesq; pleb. eo tempore siebat, quo superiore li-
 bro diximus Consules tum creari solitos. Ego uero propterea
 Tribunos Aedilesq; pl. excepī, quia non eodem tempore inibāt
 magistratum, quo cæteri magistratus. Nam postquam primū
 creati sunt Trib. pleb. semper mense Decembri magistratum in-
 ierunt: ut ex uerbis Dionysii lib. 6. apparet, ubi de primis Trib. D
 pleb. ita scribit: Tribunitiam potestatem primi inierunt illi quin
 que ad quartum idus Decembri, quemadmodum etiam ad no-
 stram usque ætatem fit. Et T. Liuius ad finem libri noni Dec. 4.
 Antiatem auctorem refellit Tribunos pleb. M. Neuius, aduer-
 sus quem oratio inscripta P. Africani est. Neuius hic magistra-
 tum non init Tribunatus pleb. P. Claudio, L. Porcio Coss. sed
 init Tribunatum App. Claudio, M. Sempronio Coss. ad quar-
 tum idus Decembres. Inde tres menses ad idus Martias sunt,
 quibus P. Claudio, L. Porcius Consulatum inierunt. Asconius E
 uero scribens in eum Ciceronis locum ex secunda orat. in Verr.
 P. Sulpitius iudex tristis, & integer magistratum ineat ne-
 cessere est nonis Decembris. Dicit Tribunos plebis eo die
 nona,

Fnonarum Decembribus magistratum inire solitos . Tres igitur illi auctores in hoc conueniunt, quod mense Decembri magistratu inirent Tribuni pleb.uerum in die dissentiunt . Quam ego controuersiam sic dirimi posse existimo, si dicamus ætate Ciceronis diem ineundi Tribunatus fuisse nonas Decembribus : at superiori ætate fuisse ad quartum idus Decemb. Quod uero Dionysius scribit ad suam usque ætatem idem fieri solitum, ita accipendum est, quasi propter quatuor dierum spatum, quo postremis temporibus dies ineundi Tribunatus solennis mutata est , noluerit

Gsubtilem computationem facere . Ex his perspicuum est, non potuisse superioribus illis temporibus comitia Tribunorum Aediliumq; pleb.eodem tempore haberi , quo cæterorum magistratum. Nam Decembri mense inire magistratum oportebat Tribunos , cum serè magistratibus aliis sufficiendis comitia ante Ianuarium mensem non haberentur . Sed tempore, omninoq; de Tributis comitiis satis superq; dictum est .


Doctissimi

NICOLAI GRVCHII
ROTOMAGENSIS,

DE COMITIIS
ROMANORVM

LIBER TERTIVS.

B



Quid essent Curiata comitia. Cap. 1.



VRIATA comitia à Curiis perinde nomen habuerunt, ut Tributa à tribubus, & Centuria-
ta à Centuriis. Ac Romuli quidem instituto Curias numero triginta fuisse: eumq; numerū ad extrema usq; Reip. tempora perdurasse, su-
periore lib. demonstravimus, cū à tribubus Cu-
rias semper fuisse diuersas ostēdimus. De earum nomine parum
inter auctores conuenit. T. Luius Sabinarum virginum nomen
habuisse scribit. Verba eius hæc sunt: Itaque cum populum in tri-
ginta Curias diuideret, nomina earum Curiis imposuit. Id non
traditur, cūm haud dubie aliquanto numerus maior hoc mulie-
rum fuerit, & tate an dignitatibus suis uirorumve, an sorte lectæ
sint, quæ nomina Curiis darent. Plutarchus cōtrà ita scribit: Cu-
rias quidam perhibent à Sabinis mulieribus nomen traxisse: sed
hoc mendacium esse deprehendit. Nam multis illarum à locis
nomina imposita sunt. Et Diony. lib. 2. De honoribus habitis
uirginibus Sabinis dissentient Romani scriptores. Quidam. n.
scribunt inter alia id eis tributum, ut triginta Curiæ earum no-
minibus appellarentur: tot. n. fuisse, quæ legationem suscepissent.
Terentius aut̄ Varro cum iis hac in re non consentit. Dicit enim
iam ant̄ nomina Curiis fuisse imposta à Romulo in prima di-
visione populi, partim à principibus uiris, partim ex locis sum-
pta. Nec uero trigita tantum mulieres legationem suscepisse, sed
quingentas & uiginti septē. Verium minus nobis de noīe laborā
dū est: id potius persequendū, ut quid qualesq; essent hæ Curiæ,
doceamus Diony. lib. 2. ita scribit de Romulo: Diuila ī tres par-
tes

C

D

E

Ftes omni multitudine, singulis partibus praefectum constituit eū, quem illustrissimum ac nobilissimum cēbat. Tum singulis triū partitū rursus in decē partes distribuit: totidemque singulis p̄fectos de dit, qui essent fortissimi. Ac maiores quidē partes Tribus, minores Curias appellauit, ut etiā ad nostram usq; ætatem uocant. Quę uerba sic Grēce reddere possumus, ut Tribus sit φυλή, & τριττύς: Curia aut φράρα, & λόχος. Et ii quidē qui tribuū p̄fecti erat, φύλαρχοι & τριτύλοι, quos Romani uocat Tribunos. Curia rū uero, φρατριαρχοι & λοχαρχοι, quos illi Curiōnes appellat. Di-

Guisæ aut rursus sunt Curiæ in Decurias: uocabaturq; singularum p̄fectus, Decurio. Postq; aut hoc modo oēs in Tribus & Curias descripti sunt, solū urbanū uniuersum in 30. æquales partes distribuit, ac singulis Curiis suā partē attribuit exēpta ex singulis tātila portione, quę sufficeret tēplis delubrisq; cōstruendis: simulq; parte aliqua in cōe relicta. Et alio loco eiusdē libri de eodē Romulo: Sacra sua singulis Curiis constituit, suis cuiq; diuis, quos uenerari semper deberent, assignatis. Et sacris faciēdis certos sumptus definiuit, quos ex æterio suppeditari opporteret. Porro aut

Hunā cū suis sacerdotibus, sacris sibi solēnibus peragendis Curiales adesse oportebat: unaq; epulabantur feriis in curialibus tricliniis coenaculisve. Erant n. suæ cuiq; Curiæ coenationes, in qbus cōis ueluti focus singulis Curiis consecratus erat: haud secus q; apud Grēcos in πρυτανίοις. Hmōi aut ædes Curiarū noīe etiā Curiæ appellabātur: quod nomen nostra adhuc ætate retinēt. Et alio loco eiusdem libri. In oībus Curiis Iunoni Quirinæ aræ positiæ sunt: quę etiānum hoc nostro tpe ponuntur. Et eodē lib. de Numa loquens: Vnū sacerdotum collegiū fecit 30. Gurionum:

I quorū(ut dixi) munus erat pro Curialibus sacra facere. Et paullō pōst: His quidē de causis Romulus non fecerat, cōe totius urbis templū Vestæ, nec Vestales uirgines instituerat: sed in unaquaque 30. Curiarum suā quandam Vestā statuerat, in qua epulabantur Curiales: sacerdotes aut peragendis sacris non alios q; p̄fectos Curiarū. Et Pomp. in lege 2. de orig. iuris: Postea aucta ad aliquē modum ciuitate, ipse Romulus traditur populū in 30. partes diuissimē: quas partes Curias appellauit, propterea p̄tunc Reip. curā per sententias earū partium expediebat. Et ita leges quasdam & ipse Curiatas ad populū tulit. Ex iis locis apparet Curias Romæ fuisse, populi tales quasdam partes, quales sunt nostræ in urbis paroccia: ut recte admonuit Budæus in posterioribus annot. in Päd. Vt. n. nostræ paroccia hæbent destinatas

quasdam

Kges quasdam & ipse Curiatas ad populū tulit. Ex iis locis apparet Curias Romæ fuisse, populi tales quasdam partes, quales sunt nostræ in urbis paroccia: ut recte admonuit Budæus in posterioribus annot. in Päd. Vt. n. nostræ paroccia hæbent destinatas

quasdam domos, in certa quadam urbis parte sitas, quae coia sacra, A
 ædæ sacræ cœm, sacrorum cœm administrum habent: ita Curiæ
 erant incolatū urbis partes, nō modò loco, sed etiā sacris sibi pe-
 culiatibus distinctæ. Quod uero dixi incolarū urbis tñ fuisse
 Curias, cū ex Dionysii uerbis paulò antè citatis intelligi pōt, tñ
 uerò ex eo, q̄ qui in municipiis & coloniis ciues Rom. habita-
 bāt, sua quædā in suis urbibus sacra habebāt, non secus q̄ q̄ Ro-
 mæ erāt: ut uel inde apparet, quod Milo legiſ ad prodendū Fla-
 minē Lanuuiū proſectus pridie q̄ Clodium occidit: nec erat ne-
 cesse suæ sacra eos relinquere qui ciuitate donabātur, niſi in urbe
 migrarent. Nam quos migrasse Romā reperimus, eos simul per
 curias Romanas descriptos fuisse ex eo intelligi pōt, quod de Sa-
 binis nominatim scribit Diony. lib. 2. eos qui in ciuitatem rece-
 pti sunt cum rege Tatio, per tribus Curiæq̄ fuisse descriptos.
 Quod idem de aliis etiam populis, qui Romā migrare euerſis
 eorum urbibus coacti sunt, multis in locis scribit. Erant igitur
 Curiata comitia, in quibus populus curiatim suffragiū dicebat:
 hoc est, in quibus populi per Curias diuīsi sententia rogabatur,
 ut quod plures Curiæ statuissent, id iussum populi esse diceretur.

De causis Curiatorum comitiorum. Cap. II.

Causæ horum comitiorum diuersæ pro diuersis Reip. tē
 poribus fuerunt. Nam post Curias à Romulo institutas usque
 ad tempora Seruii Tullii sexti Romanorum regis, omnia quæ
 suffragiis populi à regibus committebantur, Curiatis comitiis
 peragebantur: ut ex eo intelligi potest, quod nec dum Centu-
 riæ nec tribus erant quæ suffragium dicere possent. Itaque non
 modo reges, sed etiam ceteros magistratus Curiatis comitiis
 creatos fuisse interpretandum est, cum apud auctores reperi-
 mus à populo eos creatos, & leges omnes quæ ad illud usque
 tempus latæ sunt, Curiatæ fuerunt: & iudicium Horatii à po-
 pulo Curiatis comitiis peractum est. At post classes à Seruio re-
 ge institutas, tum duo ceperunt esse comitiorum genera, Cu-
 riata & Ceturiata. Atque illis duebus tātum generibus usus est
 populus usque ad iudicium Coriolani, anno urbis 263. quo
 primum anno ceperunt Tributa comitia. Ac fuisse quidem in
 usu Curiata comitia etiam post classes à Seruio institutas ex eo
 ostendi potest, quod leges à L. Bruto latæ, cum reges electi
 sunt, omnes Curiatæ fuerunt, ut scribit Dionysius ad finem
 libri quarti. Verba Brutii ad populum hæc sunt: Visum est
 nobis

nobis Tarquinios & uniuersum eorum genus, non modò ciuitate Romana, sed omni regione, quæ sub Romano impero est eii cere, ut omnino nemini liceat de Tarquiniis posthac agere, aut loqui: ac si quis securus faxit, ut morte plectat. Qd si idem uobis quoq; uidetur, Quirites, discedite in Curias, & suffragiū inite. Oēs Curiae, uti rogarat Brutus, exilium Tarquiniis iusterunt. Hac lege perlata rursus ad populū Brutus: Quādo, inquit, tā bonū p̄n

Gcipium res habet, reliqua accipite, quæ de Rep. à nobis excogita ta sunt. Nobis cōsiderātibus cui magistratiū summā Rēip. cōmitamus, reges posthac non creare certū est, sed duos singulis annis esse creandos regia potestate, quos Centuriatis comitiis creabitis. Quæ si ita uobis uidentur, inite suffragiū. Hæc quoq; lex ab omnibus Curīs accepta est. Iam uero Cornelius Tacitus scribit lib. 11. Sed Quæstores regibus etiā tum imperātibus instituti sunt: quod lex Curiata ostēdit à L. Bruto repetita. Horū Taciti uerbo rū ea (meo quidē iudicio) sentētia est, ut legē Curiatā Brutus repetiūsse dicatur, qua regibus permīssū erat deligere sibi Quæstores: ut Cōsulibus pariter potestas esset Quæstores diligendi, sicut an-

Htē regibus fuerat. Verba n. sequētia ostēdunt penes Consules mul tis annis eā potestatem fuisse: Mansitq; Cōsulibus potestas deli gendi, donec eum quoq; honorē populus mandaret. Vnde fit, ut eum locum sic potius interpretandum existimem, quam q̄ uomo do aliū interpretantur Curiatis comitiis Quæstores Brutum crea se, sicut reges antē creare eos solebant. Quanquam enim id de re gibus Iunius Gracchanus afferat apud Vlpianum, lege unica de officio Quæstoris, cum eo tamē Cornelius Tacitus non consentit hac in re. Creandis etiam magistratibus Curiata comitia in usu fuisse demonstrat̄ Tr. pl. quos ad legē usq; Voleronis perlata Curiatis comitiis creari per picuum est. Et ante Coriolani iudi cium multa iudicia populi in historia legūtūr habita in foro, ubi Centuriata esse non poterāt: unde relinquitur Curiata fuisse. Post quam uero ad illa duo comitiorum genera accessit tertiu genus Tributorum comitiorū, tū minus frequentari cœperunt Curiata, & maxime postquam lex lata est, de plebeis magistratibus crea dis Tributis comitis. Ego tamen adhuc post illud tempus repe rīo duas generales causas fuisse horū comitiorū habendorū: unā, legibus ferendis: alterā m. sacerdotibus creandis. Ac legū quidem causa toties habebantur, quoties legibus Curiatis opus fuisse legimus. Vnū genus earum legum erat, quas de magistratuū impe rīo ferre oportebat: ut Cic. 2. orat. in Rull. ostēdit, his uerbis: Pri-

Imum
Klegibus ferendis: alterā m. sacerdotibus creandis. Ac legū quidem causa toties habebantur, quoties legibus Curiatis opus fuisse legimus. Vnū genus earum legum erat, quas de magistratuū impe rīo ferre oportebat: ut Cic. 2. orat. in Rull. ostēdit, his uerbis: Pri-

mum lege Curiata decemvirois ornat.iam hoc inauditū,& plane A
 nouo more, uti Curiata lege magistratus detur, cui nullis comitiis
 antē sit datus. Atque hinc perspicuum est, quid à maioribus
 acceperitis, quid ab hoc Tr.pl.uobis relinquatur. Maiores de o-
 mnibus magistratibus bis uos sententiam ferre uoluerunt. Nam
 Centuriata lex Consulibus ferebatur,& cæteris patriciis magi-
 stratibus, Tr pl. etum Curiata iterum de eisdem iudicabatur, ut
 esset reprehendendi potestas, si populum beneficī sui pœniteret.
 Et paulò pōst: Ita cum maiores binis comitiis uoluerint uos de
 singulis magistratibus iudicare, hic homo popularis ne unam
 quidem populo comitiorum potestatem reliquit. Et paulò pōst:
 Videte hominis religionem & diligentiam. Vedit & perspexit si
 ne Curiata lege Decemvirois habere potestatem non posse, quo-
 niem per nouem tribus essent cōstituti. Est & locus apud A. Gel-
 lium lib. 13.c. 14. Reliquorum (inquit apud eum Messala) magi-
 stratuum minora sunt auspicia, ideo illi minores, hi maiores ma-
 gistratus appellantur. Minoribus creandis magistratibus Tribu-
 tis comitiis magistratus, sed iustius Curiata datur lege. Ad horū
C
 Ciceronis & Gellii locorum planiorem interpretationem qua-
 rendum est, an omnibus magistratibus opus esset lege Curiata,
 quemadmodum hi loci significare uidentur. Sane plebeis magi-
 stratibus, hoc est Tribunis & Aedilibus plebis Curiata lege o-
 pus non fuisse, his rationibus adducor. Apud Dionysium uerba
 patriciorum ad Tr.pl.superiore libro à nobis recitata sunt, à Cu-
 riis suffragium de iis non ferri. Ex quo sequitur unis comitiis
 Tributis fuisse contentos: alioqui falsum dixissent patricii, si post
 Tributa opus etiam fuisset Curiatis. Deinde uero lex à Volerone
D
 lata erat, ut pro Curiatis comitiis Tributa fierent creādis plebeis
 magistratibus, non autem, ut præter Curiata fierent & Tributa.
 Ut dmittam si etiam Curiatis comitiis eis opus fuisset, nō fuisse
 consecutos ea lege Tr.pl. ut se à patriciorum potestate liberarēt,
 quemadmodum Liuius lib. 2. Dec. 1. scribit his uerbis: Haud par-
 ua res sub titulo prima specie minime atroci ferebatur: sed quæ
 patriciis omnem potestatem per clientum suffragia creādi, quos
 uellent, Tribunos auferret. Quo uero ea lege perlata Tribunoru-
 creatio non æque fuisset in patriciorum potestate, ut prius, si eis
E
 creandis opus adhuc fuisset Curiatis comitiis? præfertim cum se
 cunda comitia reprehendi potestatem populo darent. si beneficii
 sui pœniteret, ut Cicerō ait. iam uero Dionysius ait ad sua usque
 tēpora, ex illius legis præscripto plebeios magistratus creari. Si
ergo

Ergo Curiata comitia illa lege exclusa erant, necessariò relinquitur plebeis magistratibus nihil opus fuisse, ne postremis quidē tibis, Curiata lege. Postremò legē Curiatā ferre magistratibus quidē creādis (nā Pontifices sacrō causa comitia Curiata habere poterāt) nemo poterat, nisi qui patricius magistratus esset: ut nos postea demonstrabimus. Atqui legūtur plebeii magistratus imperiū gessisse, cum nullus esset in urbe patricius magistratus, à quo lex Curiata ferri posset. Quod si his rōnibus conuincamur, ut plebeis magistratib. negemus Curiata lege opus fuisse, restat

Gut uerba Ciceronis sic interpretemur, ut inde excipiātur Tr. Aedilesq; ple. Cū ergo ait de oībus magistratibus bis populū iudicare, semel Centuriatis aut Tributis iterū Curiatis: de oībus magistratibus, qui essent uniuersi populi, intelligi debet, non etiam de iis, qui plebis proprii essent. Cumq; plebeios magistratus appellat, non proprie debet accipi pro magistratibus plebis: sed ap minoribus magistratibus, ut nos suprà demonstrauimus, sed ita tñ minores magistratus intelligendi sunt, ut illi excludātur, qui, ut ait Plutarc. in Probl. potius imperii solutionē habebant q; im

Hperiū: & potius ad restringendā magistratuū p̄tātem creati erant, q; ut ip̄i magistratus essent. Itemq; cū Messala apud Gell. scribit minoribus magistratibus Tributis comitiis dari magistratū, sed iustius Curiata lege: in numero minorū magistratuū illic Tr. & Aediles pl. cōprehendi non debent: sed hi tm̄ qui habebant alteram partē auspiciorū, quam patriciorū esse paulò antē dixerat: in quo numero hos plebeios magistratus nō contineri p̄spicuū est. Nam si patriciorū erant maiora & minora auspicia, (ut ipse ait) quō eadē plebis esse potuissent? Verū enim uero quia dici poterat nō habere minores magistratus auspicia, siquidē auspiciatō non creat̄tur: nā Tributis comitiis, quibus hi creabantur habēdis, auspicia nō desiderabantur: ut illi obiectioni occurreret Messala, idcirco subiecit, Tributis quidē comitiis magistratiū iis dari, uerius tñ ac iustius lege Curiata id fieri: quia hanc legē auspiciatō ferri oportebat, adhibitis s. auguribus, qui se in auspicio fuisse dicent, ut nos postea docebimus. Vnde sit, ut non immerito auspicia habere dicantur, qui ueris auspiciis, qualia erant ea quæ penes solos patricios erant, creati essent. Ex huius q̄onis explicatiōne cū his locis Ciceronis & A. Gel. collata perspicuum est, exceptis plebeis magistratibus, Curiatis comitiis cæteros oēs magistratus ita creari solitos, ut imperiū his comitiis non daretur, nisi qui aliis iā comitiis Centuriatis aut Tributis creati essent. Id quod

Ipoterat nō habere minores magistratus auspicia, siquidē auspiciatō non creat̄tur: nā Tributis comitiis, quibus hi creabantur habēdis, auspicia nō desiderabantur: ut illi obiectioni occurreret Messala, idcirco subiecit, Tributis quidē comitiis magistratiū iis dari, uerius tñ ac iustius lege Curiata id fieri: quia hanc legē auspiciatō ferri oportebat, adhibitis s. auguribus, qui se in auspicio fuisse dicent, ut nos postea docebimus. Vnde sit, ut non immerito auspicia habere dicantur, qui ueris auspiciis, qualia erant ea quæ penes solos patricios erant, creati essent. Ex huius q̄onis explicatiōne cū his locis Ciceronis & A. Gel. collata perspicuum est, exceptis plebeis magistratibus, Curiatis comitiis cæteros oēs magistratus ita creari solitos, ut imperiū his comitiis non daretur, nisi qui aliis iā comitiis Centuriatis aut Tributis creati essent. Id quod

Kpoterat nō habere minores magistratus auspicia, siquidē auspiciatō non creat̄tur: nā Tributis comitiis, quibus hi creabantur habēdis, auspicia nō desiderabantur: ut illi obiectioni occurreret Messala, idcirco subiecit, Tributis quidē comitiis magistratiū iis dari, uerius tñ ac iustius lege Curiata id fieri: quia hanc legē auspiciatō ferri oportebat, adhibitis s. auguribus, qui se in auspicio fuisse dicent, ut nos postea docebimus. Vnde sit, ut non immerito auspicia habere dicantur, qui ueris auspiciis, qualia erant ea quæ penes solos patricios erant, creati essent. Ex huius q̄onis explicatiōne cū his locis Ciceronis & A. Gel. collata perspicuum est, exceptis plebeis magistratibus, Curiatis comitiis cæteros oēs magistratus ita creari solitos, ut imperiū his comitiis non daretur, nisi qui aliis iā comitiis Centuriatis aut Tributis creati essent. Id quod

quod in iis sane magistratibus verum est, qui populi suffragiis A
 creabantur: uerum in Dictatore, quem Consul dicebat, non po-
 pulus designabat, idem dici non potest. Nam Curiata lex de
 eius imperio cerebatur, cum tamen nullis comitiis designatus es-
 set. Liuius lib. 9. Dec. 1. de L. Papirio Dictatore ita scribit. Atq[ue] B
 ei legem Curiatam de imperio ferenti, triste omen diem diffidit:
 q[uia] Faucia Curia fuit principium, duabus insignis cladibus, captiæ
 urbis, & Caedinæ pacis, quod utroque anno eiusdem fuerat prin-
 cipiū. Macer Licinius tertia etiam clade, quæ ad Cremerā accepta
 est, abominandam eam Curiam facit. Dictator postero die au-
 spiciis repetitis pertulit legem. Et lib. 3. Dec. 3. de M. Junio Di-
 ctatore ita scribit: Dictator M. Junius rebus diuinis perfectis, la-
 toq[ue] (ut solet) ad populum, ut equum ascendere liceret. Ex his Li-
 ui locis non modò intelligi potest uera esse, quæ de Dictatoris C
 lege Curiata diximus, sed etiā in ea lege nominatim id fuisse ferē-
 dum ad populum, ut equum ascendere liceret. Id quod Plutarc.
 in vita Fabii ostendit, primum fuisse à Fabio Dictatore institutū.
 Propterea autem id nominatim ferendum erat, quia cōtra primā D
 Dictatoris institutionē erat, ut peditū dux equo ueheretur. Neq[ue]
 uero ordinariis magistratibus tantum ea lege Curiata opus era, p
 sed etiam extraordinariis. Quod uel inde intelligi potest, q[uia] Cice-
 ro occasione Decemvirorum, quibus legē Curiatam dabat Rullus,
 hæc uerba quæ citaui, generaliter in omnibus magistratibus punciat. Sane in Proconsulibus, & Proprætoribus cum imperio
 mittendis Curiata lege opus fuisse, ex his Liui & Ciceronis lo-
 cis perspici pot. Liui. lib. 5. Dec. 1. in Camilli concione ita scribit:
 Quid alia, quæ auspicato agimus oīa fere intra pomœrium, cui E
 obliuioni aut negligentia damus? Curiata comitia quæ rem mi-
 litarem continent. Cicero in Rullum: Consuli, si legem Curiatam
 non habet attingere rem militarem non licet. Hi loci ostendunt
 rem militare nemini attingere licuisse, nisi lege Curiata id ei no-
 minatim datum esset. Atqui nemo cum imperio rem militarem
 gerere poterat, nisi Consulari aut Protorio. Quicunq[ue] ergo in p
 uinciam cum belli gerendi potestate mittebantur, legem Curiata
 ante habere debebant. At. n. neminem Prætorio aut Cōsulari im-
 perio in prouincia fuisse, qui belli gerendi potestatem non habe-
 ret. dubitari non potest. Vnde etiam apud Ciceronem de Appio
 Consule in Ciliciam prouinciam prolecturo ita legimus lib. 1.
 Epist. Fam. Appius in sermonibus antea dictitabat: postea dixit
 etiam in Senatu palam sese, si licitum esset, legem, Curiatam fer-
 re,

- F**re sortitum esse cum collega prouinciam : si Curiata lex non esset, se paraturum cum collega, tibi & successorum. Legem Curiam Consuli ferre opus esse, necesse non esse. Se, quoniam ex S. C. prouinciam haberet, lege Cornelia imperium habiturum, quoad in urbem introisset. Ego quid ad te tuorum quisque necessariorū scribat nescio: uarias opiniones esse intelligo. Sunt qui putant posse te non decedere, & sine lege Curiata tibi succedatur. Sunt etiā qui si discedas, à te relinqui posse, qui prouinciae praefit. Mihi nō tam de iure certum est (quanquam ne id quidem ualde dubium est) quād illud ad tuam summam amplitudinem, dignitatem, liberalitatē pertinere, te sine ulla mora prouinciam successori concedere. Et lib. 3. Epist. ad Q. frat. Appius sine lege Coriata confirmat se Lētulo nostro successorum. Et lib. 4. ad Att. Appius sine lege, suo sumptu in Ciliciam cogitat. Et alio loco eiusdem libri: Consules flagrant infamia, quod C. Memmius cādidatus pactiō nem in Senatu recitauit, quā ipse & suus competitor Domitius cum Consulibus fecisset: uti ambo le tertium quadragena Consulibus darent, si essent ipsi Consules facti, nisi tres augures dedissent, qui se affuisse dicerent, cum lex Curiata ferretur quae lata nō esset, & duos Consulares, qui se dicerent in ornandis prouinciis Consularibus scribendo affuisse, cum omnino ne Senatus quidē fuisse. Ex his Ciceronis locis apparet magistratibus in prouincias profecturis lege Curiata opus fuisse, sine qua non poterat legitimū esse cuiusquam imperium: adeò ut non satis esset lex Curia ta omnium magistratum communis, ut paulo antea ex Cicero & Gellio docui, quae lata erat priusquam magistratum in urbe inire posset: sed rursus ferenda erat alia Curiata ad continuandum eis in prouincia imperium. Hanc uero legem Curiatam etiam ad Quæstores pertinuisse, qui in prouincias mittebantur, uerba Ciceronis indicat, cum ita scribitur. Philip. Quæstor es factus: deinde cōtinuò sine S. C. sine sorte sine lege ad Cæsarē cucuristi. Sed & hoc obiter attēdi debet in iis, quos citauimus locis, tum sortitionem fieri prouinciarum quas iam ante Senatus decreuerat, solitam, cum lex Curiata de eorum imperio ferebatur, qui designati erāt prouinciales magistratus. Id quod uerba Appii ostendunt, cum dicebat se sortitum cū collega si legem Curiatam ferre eum nemo impediret: sin secus, cōparaturū cū eo. Illud quoq; non est omittendum, quod prouincialibus magistratibus præter legē Curiatā opus erat Senatus consulto, quo decreete prouinciae ornarentur. Ornari autem prouinciae magistratum dicebantur,

bantur, quando à Senatu decernebatur, quo sumptu, quo comita
 tu instructi de publico magistratus in prouincias proficiscerentur.
 Nam quo id Senatus liberalius fecerat, eo ornatores dicebantur esse prouinciae. Quæ autem ea erant, quibus fere ornati solebant Prætorum prouinciae. Cicero in Rullum ostendi, his uerbis: Deinde ornat apparitoribus, scribis, librariis, præconibus, architectis: præterea mulis, tabernaculis, tentoriis, supellestili. Sumptum haurit ex ærario, suppeditat à sociis. Finitores ex equestri loco ducentos in annos singulos stipatores corporis constituit, eosdem ministros, & satellites potestatis. Et Capitolinus in uita Alexandri imperatoris: Alexander exemplo ueterum, & argento, & necessariis, magistratus quos i prouincias mittebat, instruebat: ita ut præfides prouinciarum acciperent argenti pondo uicena, Phalias senas mulos binos, equos binos, uestes forenses binas, domesticas singulas, balneares singulas, aureos centenos, cocos singulos. Et si uxores non haberent singulas concubinas, si sine iis esse non possent, redditui deposita administratione mulas, mulos, equos, muliones & cocos: cætera sibi habituri, si bene egissent: in quadruplum reddituri, si male. Iam uero in ornandis prouinciis Prætorum, & Consulum maximi momenti erat legatorum numerus, & multitudo exercitus qui decernebatur. Nam quo maiori numero hæc decreuisset omnia Senatus, eo prouinciam ornatiorem rediderat. Quò pertinet id quod est apud Plurarchum in uita Gracchorū, Senium in ornata Tib. Gracchi triumuirali prouincia, noluisse ei tentorium decernere: nec uoluisse in singulos dies plusq; nouem numeros insumptum ei decernere. Erat etiā in prouinciae ornamenti amplitudo prouinciae. Veluti cum Ciceronis træ Asiaticæ diceceses ad Ciliciam prouinciam adiectæ sunt, quas Appius non habebat, eo data est Ciceroni ornatori prouincia quam Appio. Ex iis nō est difficile intelligere, quid sibi uelit Cicero, cū ait Appium sine lege suo sumptu in Ciliciam cogitare. Necesse n. erat suo sumptu proficisci Appium, quando sine hoc de ornandis prouinciis S.C. profecturus erat: cui locus esse non poterat, nisi post legem Curiatam. Ac de magistratum quidē lege Curiata satis dictum est. Legem Curiatam alterius generis reperio eam, qua reuocatus est ab exilio Camillus. T. Liuius lib. 5. Dec. 1. Accepto Senatus decreto, ut & commitiis Curiatis reuocatus de exilio iussu populi Camillus, Dictator ex templo diceretur. Et paulò post: Lex Curiata lata est, Dictator absens dictus. Fuit etiam & alia uetus lex Curiata, quæ ser-

Fri olim solebat testamentis confirmandis, quo tempore Calatis comitiis in concione fiebant: de qua lege plura diximus libro primo. Erat & alia lex Curiata, qua adoptiones fiebant. Gell.lib.5.c.19. Cum in alienam familiam, in liberorum locum extranei sumuntur, aut per Praetorem fit, aut per populum. Quod per Praetorem fit, adoptatio dicitur: quod per populum, arrogatio. Adoptantur autem, cum à parente, in cuius potestate sunt tertia mancipatio in iure ceduntur, atque ab eo qui adoptat, apud eum, apud quem legis actio est, vindicantur. Arrogatur illi, qui sui iuris cum sint, in alienam sese potestatem tradunt, eiusq[ue] rei ipsi auctores sunt. Se arrogationes non temerè, nec inexploratè committuntur. Nam comitia arbitris etiam Pontificibus præbentur, quæ Curiata appellatur. Huius Curiatæ legis meminit Cicero pro domo sua: Quo die de te lex Curiata lata esse dicatur, audes negare de caelo esse seruatum? Et de Arusp. responsis: Tum leges Iulias contra auspicio latas, & hic & in concionibus dicere: in quibus legibus interrat Curiata illa lex quæ totum eius Tribunatum continebat. Et de prouinciis confitit. Obliti ne erant tum cum ille, qui id egerat, plebeius est lege Curiata factus, dici de caelo esse seruatum?

Vnde etiam apud Cornelium Tacitum lib. 17. Galbae imperatoris ad Pisonem, quæ adoptare uolebat, haec uerba sunt: Si te priuatus lege Curiata apud Pontifices (ut moris est) adoptarem. Aliam denique legem Curiatam reperio fuisse, qua sacrorum detestationes fiebant. Id quod ego ex A. Gell.lib. 15.c.27. colligo: hisdem comitiis, quæ Calata appellari diximus, & sacrorum detestatio, & testam̄ta fieri solebant. Ego autem detestationes sacrorum intelligo oēs consecrationes, quas publice in concione populi fieri oportebat. Atque ego illas primis temporibus à Pontificibus factas Calatis comitiis (ut Gellius scribit) existimo, quæ comitia erat Curiata.

At post latam legem Papyriam, quæ uelabat ædes, terram, aram consecrare iniussu plebis, magistratibus plebeiis cœpit potestas esse hominī consecratione faciendi: quas Tributis comitiis peragerent. In quo satis erat collegio Pontificum, ut adesset denuncia: se: ad quod etiam pro imperio Tribuni cogere poterat Pontifices, ut Cicero scribit pro domo sua. Vnde fit, ut duo genera Calatorum comitiorū quæ illuc ponuntur à Labeone existimem iamdudū in usu esse desuisse. Quæ causa fuit, ut seorsum illa quasi exoleta posuerit ī explicādis Calatorū comitiorū generibus. Nec n. Labeonis ætate in usu erat testam̄ta Calatis comitiis. Itaque usus est uerbo temporis imperfecti, solebat, ut intelligas olim ista fieri solita.

Altera

A Altera causa habēdorum comitiorū Curiatorū erat ad creandos sacerdotes. Id quod ad flamines tātū & maximū Curionē pertinet. Ac flamines quidē Curiatis comitiis creari, ex uerbis Lælii Felicis, quæ à Gellio recitantur lib. 15. c. 27. suprā demonstrauimus. Lælius. n. scribit Calata comitia haberī flaminū inauguādo rū causa. Hæc uero Calata uel Centuriata erant uel Curiata eodē Lælio auctore. Flaminibus autē nō Cēturiata conuenire sed regi sacerorum ostendimus. Ex quo consequit̄ Curiatis eos comitiis creari. Quod uero ad Curiones attinet, Dionys. scribit lib. secūdo, quos sacerdotes crearat Romulus, instituisse ut Curiarū suffragio crearentur. Ac singulos quidē Curiones suæ curiæ creabāt, ac nō à collegis cooptabāt, ut idē ipse scribit. Vnde sequitur non fuisse Curiata comitia, quibus singulis Curiones creabātur: quando ab unius tātū Curię curialibus designabātur. At Curio maximus comitiis creabatur, ut ex T. Liuio ostēdi pot lib. 7. Dec. 3. Inter maiorū rerū curas, comitia maximi Curionis, cū in locū M. Aemylli sacerdos creāt, uetus excitauerūt certamē: patriciis negātibus C. Manlii Attelii, qui unus ex plebe petebat, habēdā rationē esse: quia nemo ante eū, nisi ex patribus id sacerdotiū habuisset, Tribuni appellati ad Senatū reiecerunt. Senatus populus populo protestatē fecit. Ita primus ex plebe creatus maximus Curio C. Mālius Attelius. Erat autē maximus Curio, Festo auctore, cuius auctoritate, Curiæ omnesq; Curiones regebantur. Vnde ego potissimum colligo Curiarū suffragio creari, ac fuisse eius comitia Curiata. Par. n. est, ut quemadmodū singulos Curiones singulæ Curiæ creabāt, ita Curionē maximū oēs Curiæ: ut omittā cū hoc sacerdotiū institutum est, non alia fuisse in usu comitia, quām Curiata.

De personis comitiorum Curiatorum.

Cap. III.

DE IN C E P S sequitur de personis, ut pauca dicamus. His comitiis ius habebant suffragii non oēs qui ciues Romani erāt, sed hi tantū qui in Curias descripti erāt, quas nos suprā ostendimus eorū tantū fuisse, qui urbem habitabant. Quæ causa fuit, ut post quā Italæ municipia ciuitate donari coepérūt, minus frequētarētur hæc comitia. Nā qd' ad magistratus attinet, ego omnes ministros à principio existimo Curiatis comitiis creari solitos non aliter qd' Tribuni Aedilesq; ple. usq; ad legē à Volerone perlata, idq; eō usq; durasse, donec ex municipiis Italæ ciues in horū minorū magistratuū suffragii admitti uoluerūt, sicut in maiorū co-

R 3 mitiis

Fmitiis Centuriatis. Neque n. æquum videbatur hac suffragiorum parte eos priuari, qui exquo iure ciues essent. Tum igitur ea ratio inuenta est omnes ciues admittendi, ut illis magistratus tributum non curiatim crearentur: sed ita tamen, ut post de eisdem illis magistratibus, lex Curiata ferretur: id est auspiciorum causa, id est ne in eorum magistratum creatione negligi uiderentur auspicia. Tributa enim auspicato non habebantur, nec patres auctores sie bant. His ergo magistratibus ut sua essent auspicia, lex Curiata ut de iis qui designati essent Tributis comitiis ferretur, cautum

Gest. Vnde etiam Lælius apud Gellium ait, iustius lege Curiata magistratu dari, quod Tributis comitiis. Atque illa quidem lex a principio iustis comitiis Curiatis serebatur: ut Cicero in Rullum ostendit cum ait maiorum instituto populum binis comitiis iudicare de omnibus magistratibus solitu. Ut etiam omittam T. Liui locum, quem supra citavi de Dictatore L. Papirio legem Curiatam de suo imperio ferente: ubi aperie demonstratur totas tum Curias in suffragium mitti solitas. At successu tandem temporis factum est,

HCuriis triginta lictores suffragiū iniirent: adeò ut legē Curiatā magistratibus ferre, non esset populo curiatim conuocato legem iubendam dare, sed ad usurpationem quandam uetus statis, triginta lictorum suffragio legem committere. Hæc Cicero suis temporibus ita fuisse demonstrat secunda oratione in Rullum: Nunc quia prima illa comitia tenetis Centuriata & Tributa, Curiata tantum auspiciorum causa remanserunt. Hic autem Tr. pl. quia uidebat potestatem neminem iniussu populi aut plebis posse habere, Curiatis ea comitiis quæ uos nō initis, confirmauit: Tributa quæ uesta erant, sustulit. Et præulo post: Sint igitur Decemviri neque ueris comitiis, hoc est, populi suffragiis, neque illis ad speciem atque ad usurpationem uetus statis per triginta lictores auspiciorum causa adumbratis. Ex his perspicuum est tempore Ciceronis Curiatis comitiis de magistratum imperio habendis, triginta tantum lictores suffragium iniuisse: cum ante omnes ciues qui in Curias descripti erant, soliti essent suffragiū dicere. Quanquam autem Ciceronis tempore hoc modo lex Curiata ferretur per triginta lictores, de magistratum imperio, ego tamen dubito an idem fuerit in ceteris Curiatis comitiis, quæ adoptionis aut sacerdotum causa habebantur. Nam si Flamines & Curio maximus non aliis comitiis creabatur quod Curiatis, si per triginta tantum lictores fieret, nō iam in populi iudicio hæc sacerdotia fuisse dixi posset, nec amplius beneficio

IK

magistratum imperio, ego tamen dubito an idem fuerit in ceteris Curiatis comitiis, quæ adoptionis aut sacerdotum causa habebantur. Nam si Flamines & Curio maximus non aliis comitiis creabatur quod Curiatis, si per triginta tantum lictores fieret, nō iam in populi iudicio hæc sacerdotia fuisse dixi posset, nec amplius beneficio

neficio populi dabantur: quod tamen Lælii apud A. Gelliu uerba
 refutare uidentur, cum ait Calata comitia, partim Centuriata par-
 tim Curiata fuisse: & Curiata per lictorē curiatim calari. Neq;.n.
 comitiorum nomine triginta lictorū cōuentū proprie appellaf-
 set: nec populū per Curias calari dixisset. Neque.n.dici potest æ-
 tate Ciceronis nō fuisse Curias quasdam populi Romani: id qd'
 nos suprà demonstrauimus. Quin ergo possent ea ætate Curiæ
 in suffragiū mitti, negari nō potest: præterim si id ageretur quod
 iudicio populi aliter cōmitti nō posset, nisi eo curiatim conuoca-
 to. Sane adoptionibus per agendis triginta Curias suffragiū di-
 xisse, Cicero pro domo sua ostendit his uerbis: Credo enim, quā
 quā in illa adoptione legitime factum est nihil, tamen te esse in-
 terrogatū, auctorne esses, ut in te P. Fōteius uitæ necisq; potesta-
 tē haberet, ut in filio. Quero si aut negasses ut tacuisse, si tamen
 id triginta Curiæ iussissent, nū id iustum esset ratū? Et A. Gellius
 lib.5.c.9. Nā comitia arbitris etiā Pontificibus præbentur, quæ
 Curiata appellantur. Neq;.n. uerē comitia Gellius appellaret tri-
 ginta lictorū conuentum. Sed nec per populū arrogationē fieri
 uerum esset, ut ipse dicit. Et legem certe Curiatam trinundino p.
 mulgari uanū fuisse, si populi suffragiū nō cōmitteretur. Atqui
 promulgandā fuisse paulo pōst ostendimus. Nam uerò si postre-
 mis illi temporibus nulla erant Curiata comitia, nisi hæc quæ p
 triginta tantum lictores peragebantur: quòd pertinent uerba Læ-
 lii Felicis cum ait, Cum ex generibus omnium suffragiū fertur,
 Curiata comitia esse? Q[uo].n.uerū erit generibus omniū ferri suf-
 fragiū, si triginta tantum lictores suffragium ferrent? Neq; uerò
 cum populo agere recte diceretur, q legē Curiatā ferret de ado-
 ptione, si triginta tantum lictores in suffragium mitterentur. At-
 qui Cicero p domo sua de lege Curiata, qua adopta tus est Clo-
 dius, ita scribit: Negat fas esse agi cū populo, cūm de cælo seruatū
 sit. Quo die de te lex Curiata lata esse dicatur, audes negare de cę
 lo esse seruatū? Ego itaq; his rationib; adducor, ut quæ à Cice-
 rone de triginta lictoribus scribūt, nō existimē ad oīa Curiata co-
 mitia trāferēda esse: sed ad ea tātum, q de imperio magistratum
 habebantur. Nā magistribus creādis tātū auspiciorū causa rete-
 ta erant hæc adūbrata comitia: siquidē eos populus iā antē iustis
 comitiis designasset. Vnde fiebat, ut rursus coire populus ppter
 eosdē magistratus minus curaret. Itaque ne oī no deserta p infre-
 quētiā populi uiderētur, cōstitutū uide, ut pro 30. curiis, 30. licto-
 res cōuenient. At cæteris in rebus retinenda uidentur fuisse Cu-

